Geschichte

der

kaiserlichen Universität

zu

WIEN.

Im Auftrage des

k. k. Ministers für Cultus und Unterricht,

LEO GRAFEN VON THUN,

nach den Quellen bearbeitet von

RUDOLF KINK.

WIEN.
Verlag und Druck von Carl Gerold & Sohn.
1854.

Geschichte

der

kaiserlichen Universität

zu

WIEN.

Zweiter Band.

Statutenbuch der Universität.

WIEN.

Verlag und Druck von Carl Gerold & Sohn.

1854.

Die nachstehende Sammlung ist bestimmt, die auf die Privilegien, Statuten und Gesetze der Wiener Universität sich beziehenden Urkunden der Zeitfolge nach vorzuführen, und für die geschichtliche Darstellung, welche im ersten Bande enthalten ist, theils die Beweise, theils die genaueren Details zu liefern. Dass wir diese Documente abgesondert und nicht mit den heterogenen, die II. Abtheilung des ersten Bandes füllenden „urkundlichen Beilagen“ vermischt, hier folgen lassen, bedarf, da eben die Gemeinsamkeit des Inhaltes der erstern diese gesonderte Aufstellung verlangte, keiner umständlichern Befürwortung.

Es war ursprünglich beantragt, diese Sammlung in buchstäblichem Sinne zu einer vollständigen zu machen; es zeigte sich jedoch bald, dass der vollständige Abdruck aller bis zum Jahre 1848 erlassenen Gesetze, insbesondere mit Rücksicht auf die ausserordentliche Ausdehnung der Legislation der letzten Periode, einen Raum erfordern würde, dessen Breite ausser allem Verhältnisse zu dem Gewinne stände, den unser Geschichtswerk daraus ziehen könnte. Es wurde daher zuvörderst dadurch dem Stoffe eine Begränzung gegeben, dass die Sammlung mit dem Jahre 1791 abge-

schlossen wurde. Es konnte diess um so füglicher geschehen, da einerseits die Jedermann zugänglichen gedruckten Gesetzsammlungen einen Wiederabdruck entbehrlich machten, andererseits die letzte Abtheilung unseres Werkes — von 1790 bis 1848 reichend — nur den Werth und die Bedeutung eines Anhanges hat, wie denn diess im ersten Bande, Seite 591, Anm. 791, ausdrücklich hervorgehoben ward. — Aber auch unter den dem Jahre 1791 vorhergehenden Gesetzen gab es manche, welche entweder wegen der Geringfügigkeit ihres Belanges oder wegen der Kürze ihrer Dauer unbedeutend zu nennen, oder aber schon anderwärts durch den Druck verbreitet waren. Im ersteren Falle wurde der volle Inhalt durch einen kurzen Auszug ersetzt, im letzteren auf den Fundort der vollständig gedruckten Urkunde hingewiesen.

Hiebei wurde jedoch zu Gunsten der auf die Stiftung und erste Einrichtung der Universität sich beziehenden Diplome eine Ausnahme gemacht, welche, obgleich schon an andern Orten gedruckt, mit Rücksicht auf ihre grosse historische Bedeutung, mit genauer, in den frühern Veröffentlichungen nicht immer beobachteter Quellen-Treue des Textes, ihrem ganzen Inhalte nach in diese Sammlung wieder aufgenommen wurden.

1.

1365, 12. März, Wien.

Diplom der Herzoge Rudolf IV., Albrecht III. und Leopold III. von Oesterreich, die Errichtung der Wiener Universität und deren Privilegien betreffend a).

IN NOMINE SANCTE ET INDIVIDUE TRINITATIS AMEN.

Rudolffus quartus, Albertus et Leupoldus Fratres vterini Dei gracia Archiduces Austrie Styrie Karinthie

---

a) Diese Urkunde ist im Universitäts-Archive im dentschen nnd im lateinischen Original-Texte vorhanden. Eine genane Vergleichnng beider ergibt keinerlei wesentliche Abweichnngen. Wir müssen gestehen, dass wir einige Zeit schwankten, welche von beiden Fassnngen wir für den Abdruck wählen sollten, nnd nns Anfangs der dentschen Urknnde znneigten, weil wir glanhten, dass diese des Stifters Absichten in mehr zntreffender Art ansdrücke. Dennoch entschieden wir nns für die Ansfertigung in lateinischer Sprache, indem wir hedachten, dass wir den Standpnnct der Universität einznhalten hatten, mit welcher his zn K. Maximilian's I. Zeit in der Regel in lateinischer Sprache verhandelt wurde. Ebenso hat sich die Universität in ihren Acten jederzeit auf die lateinische Urknnde berufen, nnd in Fällen, wo sie die Bestätigung von Privilegien nachsuchte, bis 1783 ebenfalls nnr letztere znr Bestätigung vorgelegt. Die Alhertinische Stiftungs-Urknnde von 1384, welche die Rudolfinische in Vielem bestätigte nnd in ihren Text einschaltete, ward nnr lateinisch hinansgegeben, nnd die Bürgerschaft von Wien stellte im Jahre 1403 vergeblich das Ausnchen an die Universität, eine dentsche Copie hievon zu erhalten (*Lib. I. act. fac. art. f.* 103 *v.*), was wohl nebenhei vermnthen lässt, dass die Rudolfinische Stiftnngs-Urkunde hanptsächlich nnr wegen der Bürgerschaft, nicht wegen der Universität, auch in dentscher Sprache abgefasst worden war.

et Carniole Domini Marchie Sclauonice ac Portus naonis Comites in Habspurg Tyrolis Ferreti et in Kyburg Marchiones Burgouie et Landgrafij Alsacie omnibus Christi fidelibus presencium auditoribus seu lectoribus nunc et temporibus in futuris Salutem in Domino cum noticia subscriptorum. Omnipotentis Dei clemencia que de sue Diuine Maiestatis throno et celsitudine nos a cunctis nostris prioribus in hec tempora naturali propagine et antiquo stipite principatus decorauit tytulo, et committendo nobis sue gentis multitudinem et terre latitudinem non modicas nos eciam uoluit principari, pro quo tenemur ex debito sibi graciarum acciones multiplices et genti nobis commisse ad defensionem Judicij equitatem, fauores, beniuolencias ac ad cetera pietatum opera obligamur, Nos pronos reddit et beniuolos ac interno quodam instinctu exigit ea ordinare, statuere et disponere in subiectis nobis terris et gentibus, per que Creatoris nostri clemencia laudetur in celis et eius orthodoxa fides dilatetur, erudiantur simplices, equitas seruetur iudicij, humanus illustretur intellectus, augeatur racio, crescat respublica et ad Sancti Spiritus illustracionem corda disponantur hominum, Quod propulsis ignorancie tenebris et errorum deuijs diuinam sapienciam, que maliuolam non ingreditur animam, aptati de thesauris suis noua producant et vetera et fructificent multipliciter super terra *b*). Hinc est

---

b) Die deutsche Urkunde drückt dieses prägnanter in folgender Weise aus: „Vnd als wir demselben vnserm Volckche schermes rechtes Gerichtes Gnaden vnd alles Gutes schuldig sein, also sein wir gepunten dem almechtigem Gotte vnd aller menschlicher Creatur an diser Welt aufzesezen vnd ze stiften solch Wesen ordenung vnd Lere in vnsern Landen, damitte des ersten vnser Kristenlicher Geloube in aller der Welte geweitert vnd gemeret werde, darnach damit gemain gut, rechte Gerichte, menschlich Vernunfft vnd Beschaidenhait aufneme vnd wachse vnd das durchscheinende Liecht Göt-

quod nos tanquam donatorum bonorum grati receptores, volentes quoque pretactis pronitati et instinctui satis facere saltem aliquantulum ad dei laudem et gloriam, utilitatem et profectum humani generis, ob salutem animarum nostre prioritatis inclite ac nostrarum nec non ob augmentum Reipublice et ob specialem prerogatiuam et dignitatem Ducatus Austrie et ville nostre Wiennensis matura deliberacione et diligenti consilio preuijs adhibitis eciam solemnitatibus verborum, operum et gestuum consuetis et debitis ad hoc oportunis et necessarijs pro exigencia libertatum, Iurium et consuetudinum nostrorum Ducatuum et specialiter nobis et predigne Terre Austrie, quibus iuxta continenciam priuilegiorum et litterarum nostrarum a Diuis Romanis Imperatoribus et Regibus sumus priuilegiati, dignificati et in Principes sublimati, de gracia, concessione et indulto Sanctissimi in Christo Patris et Domini nostri Domini Vrbani quinti sacrosancte Romane ac Vniuersalis Ecclesie summi Pontificis, nostro ac nostrorum heredum et posterorum omnium in perpetuum nomine dotauimus et erreximus rite et legitime et de certa sciencia dotamus et erigimus publicas et priuilegiatas scolas et studium generale in dicta Villa nostra Wiennensi, quam ob incolarum suorum fidem puram, deuocionem sinceram et probitatem eximiam singulari fauore prosequimur, In cuius eciam ville parochiali Ecclesia Sancti Stephani in breui temporis spacio Deo Auspice in Preposituram seu collegiatam Ecclesiam sub honore

---

licher Weisheit nach dem influsse des heiligen Geistes erleuchte vnd befrüchte aller Leuten Herczen in solcher masse, das ein Yeglich weiser Mensch vernünfftiger vnd ain unweiser zu menschlicher Vernunfft in rechte Erkanntnüsse mit götlicher Lerung bracht vnd erczogen werde.“ —

Sanctorum omnium *c*) redigenda sepulturam nostram elegimus ibi aduentum iusti Iudicis expectaturi. Ita videlicet quod in dicta villa Wiennensi ex nunc in antea perpetuo iuxta ordinaciones et consuetudines obseruatas et habitas retroactis temporibus, Primo scilicet Athenis ciuitate precipua Grecie, deinde Rome que caput est orbis et post hec Parisijs, Regni Francie ciuitate principali scole publice ac generale et priuilegiatum studium obseruentur, Ibique legantur, doceantur et discantur Diuina sciencia, quam Theoloycam vocamus, artes et sciencie naturales, morales et liberales, Iura Canonica et ciuilia, Medicina et alie facultates licite et permisse *d*).

Ceterum quia anima quiescendo sciens et prudens efficitur nec passionata scienciam possidebit, tum pro Magistrorum studio et lectura peragenda tum eciam pro studencium et scolarium dicti studij tam de remotis quam de vicinis partibus aduenienciam profectu et augmento discipline scolastice, qui Diuino aspirante lumine continuitate studij de bono in melius, de meliori in optimum, de virtute in virtutem ad sublimia scienciarum et virtutum cuncto tempore debent et possunt prouehi, Reputamus summe necessarium dicti studij Vniuersitatem ac docencium et discencium collegium specialibus defensionibus et comodis indigere et pre-

---

c) Bezieht sich auf die am 16. März 1365 wirklich vollbrachte Stiftung der Propstei, wobei noch zu bemerken ist, dass Herzog Rudolf den Namen der Stefans-Kirche in den der Allerheiligen-Kirche umändern wollte (zur Erinnerung an seinen eigenen Geburtstag, 1. November, und unter Uebertragung des Namens der von ihm in der herzogl. Burg, in dem Zimmer, wo er geboren ward, gestifteten Capelle). Der Sprachgebrauch liess jedoch den althergebrachten Namen nicht abkommen.

d) D. i. im Gegensatze zur „Magie," welche als unerlaubte Wissenschaft angesehen ward.

cipue quod comunium et vulgarium hominum habitacione semoti in loco distincto firmis septis includendo actus scolasticos exercere, et peragere valeant non prepediti strepitu populari. Idcirco quo supra nomine eisdem scolis ac priuilegiato studio et eius Vniuersitati Magistrorum et scolarium ibidem deputauimus, assignauimus et donauimus, deputamus, assignamus et donamus presentibus pro dictis scolis et studio locum subscriptis terminis et finibus interclusum, quem quidem locum pro vberiori Vniuersitatis proteccione et quietudine Ducali nostro palacio proximum esse volumus et annexum *e*). Eiusdem autem specificacio et descripcio cum suis muniminibus et aditibus subnotatur, videlicet totale spacium comprehensum inter dictum nostrum castrum seu palacium et monasterium scotorum dicte ville Wiennensis cum omnibus mansionibus, domibus, curijs, viridarijs et pomerijs in eo contentis, intra quem locum monasterium fratrum minorum ordinis Sancti Francisci dinoscitur esse situm. Hic locus pro eiusdem Vniuersitatis securitate et tutamine nouis muris et portis munietur et vallabitur in hunc modum, quod a muro dicti claustri Fratrum minorum annexo porte porrecte versus dictum nostrum palacium et murum ac menia dicte ville Wiennensis murus altus trans stratam et collem seu terre prominenciam vsque ad dicta menia erigatur, in cuius medio porta fiet, per quam erit introitus et

---

e) Im Texte der deutschen Urkunde: „Wan der Fride vnd scherm an kainer gelegenheit in vnserr Stat ze Wienne als wol gehalten werden mag . . . ., als nahent pey vnserm Herzoglichem Palas, darumb haben wir „die Phaffenstat," da die egenant wirdige Schul sein vnd alle Meister vnd Schüler wonen sullen, gelegt vnd legen zwischen vnserr fürstlichen Wonunge vnserm Herzoglichem Palas vnd der Schotten Chloster ze Wienne." — So heisst es auch statt „*Clerus Universitatis*" im Deutschen: „die Pfaffheit der Lehrer und Schüler."

exitus dicti loci et idem locus abinde extendetur vsque ad portam dicte ville Wiennensis que dicitur porta scotorum secundum extensionem muri Wiennensis et collis seu prominencie ante dicte, a muro quoque ville Wiennensis iam dicte porte contiguo trans pretactam prominenciam et stratam ibi versus dictos fratres ducentem, erigetur similiter murus altus per transuersum vsque ad aciem proxime sitam ex opposito curie dictorum scotorum super alta strata *f)*, per quem murum eciam necessaria porta fiet, et deinde ab eadem acie omnes domus site super dicta strata alta versus riuolum dictum Als *g)* vsque ad medium strate publice et per descensum eiusdem strate vsque ad vicum dictum Schauflugh et per ascensum eiusdem vici directi per medium vsque ad muros monasterij Fratrum minorum antedicti et vsque ad portam primam ad locum Vniuersitatis prehabite pertinebunt, ita quod illi loco dictum monasterium Fratrum minorum cum suo cimiterio ac ceteris pertinencijs vt dicitur includetur. Omnes eciam vici et viculi porrecti per dictum Vniuersitatis locum in transuersum super pretactam stratam altam versus memoratum riuolum Alls muris integris includentur. Exceptis muris, quibus anterior vicus pincernarum et viculus inter domos Vlrici dicti de fratribus porrectus versus Fratrum minorum cimiterium obstruentur, qui habebunt portas, prout ibidem necessarie dinoscentur.

Verum quia parum valeret generale studium erigere et Vniuersitatem huiusmodi Venerabilem colligere, nisi ei de excepte prerogatiue priuilegijs, libertatibus et iuribus caueamus, de sapientum et peritorum viro-

f) Zu deutsch: „Hochstrasse" (Heerstrasse, jetzt: Herrengasse).

g) Vgl. am Schlusse des ersten Bandes I. Theiles „Berichtigungen und Ergänzungen" num. 1.

rum maturo et digesto consilio comunicato sepius de certa sciencia quo supra nomine per presentis scripti sericm ducali auctoritate statuimus ac eciam ordinamus perpetuo irrefragabiliter obseruandum, Volentes quod omnes nostri Principes, Prelati, Barones, Clerici et Layci, Religiosi et seculares, milites, armigeri, ciues, Burgenses ac ceteri homines intra predicti loci descripcionem seu circumferenciam domus uel curias habentes easdem in tam firmo serarum munimine et tam rigido inhabitancium regimine et custodia seruent et teneant, quod dicte Vniuersitatis Magistris et Studentibus nulla penitus realis uel verbis iniuria, offensa seu molestia ex eisdem suis habitacionibus diurno tempore valeat irrogari sub nostre indignacionis pena ac earundem suarum habitacionum amissione seu iactura. Et hunc qui sic nostram indignacionem incurrerit, punire et emendare volumus ac debebimus, quam primum ad nos eductum fuerit per querelam, prout nobis conueniens et equum videbitur, iuxta qualitatem excessus et continenciam priuilegiorum, statutorum, graciarum et iurium dicte Vniuersitati concessarum dolo et fraude penitus circumspectis. Statuimus eciam et ordinamus quo supra nomine, quod si quis hominum, cuiuscumque status extiterit, in prenotato loco studij domos habeat uel in futuro acquisierit, quas vendere uel pro certo censu locare voluerit, quod eiusdem vendicionis precium uel pensio census annui estimari et taxari debebunt per duos studentes honestos et duos oppidanos oppidi seu ville Wiennensis, qui super eo coram Vniuersitatis Rectore corporalia prestiterint iuramenta, quodque horum quatuor uel trium ex eisdem taxacioni concordi parendum est et stari debet obstaculo et contradiccione qualibet non obstante; si uero eorundem quatuor duo a duobus discordabunt, pro superiori Rec-

tor Vniuersitatis prehabite assumatur et taxacio partis illius, que ipsi Rectori magis congrua et equa visa fuerit, subsistat firma et absque dolo quolibet obseruetur, nec taxacio talis census annui exaltari seu augeri debet ullo tempore, nisi domus eadem melioretur nouis edificijs et impensis, nam tunc census eiusdem domus taxari debet de nouo ad dictorum quinque arbitrium quemadmodum est premissum. Sed si domus aliqua pro censu locata annuo, vt predicitur, ob defectum tecti uel alterius impense necessarie periret et defectum notabilem pateretur et locator domus eiusdem defectus huiusmodi per edificia necessaria non interciperet, postquam sibi per conductorem fuerit intimatum, tunc conductor eosdem defectus reformare debet et poterit, et sumptus impense et reformacionis huiusmodi in censu debito defalcare et deducere locatori. In casu autem quo locatori impense per conductorem facte superuacue et minus necessarie videbuntur et eo sibi nimis de censu suo annuo asserit deperire, illud ad predictorum quinque uel eorundem maioris partis arbitrium moderetur. Si quam vero domum in dicto loco sitam taxatam pro censu annuo vt predicitur Clericus uel Laycus de Vniuersitate non existens prehabita inhabitaret seu possideret quomodolibet, quam Magister studens seu Scolaris Vniuersitatis eiusdem ad inhabitandum postulabit, huic eiusdem domus inhabitator seu possessor debet cedere censu annuo pro rata temporis persoluto.

Premissis eciam adiecimus quo supra nomine ex certa sciencia volentes ac eciam statuentes, quod si qui sub Magistrorum uel studencium tytulis dictum studium accesserint docendi uel discendi animo uel ab eo recesserint, quod tales uel eorum seruitores seu famuli in accessu uel recessu huiusmodi intra metas nostrorum Principatuum, dominiorum, terrarum, di-

strictuum et territoriorum, quos quas et que nunc possidemus uel in futurum possidebimus, plena securitate rerum et corporum debent perfrui et gaudere. Promittentes quo supra nomine, quod si de prenotatis personis quispiam intra metas terrarum nostre dicionis libros, aurum, argentum, iocalia, vestes, pecuniam uel alterius generis res quascunque perderet, quod eidem rem perditam soluere seu refundere debemus et volumus integraliter omnis dilacionis et contradiccionis diffugio postergato, adhibito tamen eo moderamine et adiecto, quod ijdem Clerici, Magistri, Studentes uel Scolares, eorum seruitores, famuli uel nuncij, cum ad locum dicti studij accedentes metas terrarum nostrarum attigerint, conductum postulare debent et exigere a nostris Principibus, Ecclesiasticis uel secularibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Proceribus, Ministerialibus, Militibus uel ceteris Nobilibus uel ab eorundem amministratoribus, Castellanis, Iudicibus, seu alijs officialibus uel a nostris Capitaneis, Castellanis, Phlegarijs, Iudicibus, uel Officialibus, quibuscunque nominibus censeantur, proximioribus terrarum nostrarum metis circa stratam illam, per quam prenotati ad dictum studium processerint. Qui eciam iam dicti Domini et officiales sic venientes vt predicitur ad eorum requisicionem nostro nomine secure et libere absque tribucionis, muneris seu propine recepcione qualibet conducere debent rebus et corporibus per sue dicionis districtus vsque ad metas domini uel officialis proximi, qui quidem iterum eisdem securum conductum per sui dominij uel amministracionis territorium prestare debet consimiliter, quousque sic successiue per singulorum conductus ad villam Wiennensem veniant prenotatam, prout dictis prenotatis dominis et officialibus dedimus in mandatis, ac quo

supra nomine huius scripti serie firmiter et districte mandamus et precipimus sub obtentu nostre ducalis gracie et fauoris. Si quis vero Magistrorum uel Scolarium aduenienciuin ob dilacionem prestandi conductus dampnum incurreret uel pro dando conductu daret munera uel propinas, hec dampna, propinas uel munera faciemus cum effectu refundi uel restitui uel de nostra camera refundemus. Quidquid igitur adeuntes dictum studium amiserint vt predicitur de quo legitime edocti fuerimus, id eis soluere ac refundere debemus et volumus sine dolo, dummodo pateat uel doceri valeat, quod conductum modo exegerint prelibato. Nosque inuestigacione studiose prehabita de ammissione huiusmodi easdem res uel earum equiualenciam extorquere debebimus et volumus ab eo, in cuius districtu uel amministracione amissio talis dinoscitur esse facta et huic passus iacturam iam tactam debet cum primum poterit, intimare, nosque super eadem amissione debemus facere Iusticiam uel alias de ea cognoscere, quemadmodum iuxta qualitatem negocij nobis visum fuerit expedire. Consimili securitate et priuilegio gaudere debent Magistri uel studentes, eorum famuli uel nuncij de dicto studio ad propria redeuntes, ita tamen quod in exeundo terras nostras conductum requirant quemadmodum est premissum.

Omnia quoque que pro magistrorum, studencium uel scolarium dicti studij ac aliarum personarum de ipsa Vniuersitate existencium victu, vestitu uel alio quouis usu licito per eos, uel per eorum famulos uel nuncios adducta uel allata fuerint super terra uel super aquis in libris, auro, argento, pecunia, pannis, vestimentis, lectisternijs, annona, vino, animalibus carnibus, piscibus, speciebus uel rebus alijs quibuscunque debent absque solucione Mutarum Theoloniorum no-

strorum ac ceterorum hominum et sine impedimento quolibet per nostras terras, ciuitates et oddppida auci libere et reduci ita tamen, quod predicti Magistri uel Studentes, eorum seruitores, nuncij, famuli uel Pedelli cum rebus predictis non exerceant cambium seu eciam mercaturas. Si quis vero de pretactis suis rebus Mutam vel Theolonium accipere uel eis inferre grauamen aliquod presumpserit, se sciat nostram indignacionem grauiter incidisse.

In hac eciam ordinacione statuentes, omnes Magistros, Studentes et Scolares dicte Vniuersitatis eorumque seruitores et familiam, quos sub suis habent sumptibus, ac ipsorum Pedellos in prenotato loco studij residentes eximimus et absoluimus ab omni steura, exaccione, onere et seruieijs oppidanorum Wiennensis Ville seu oppidi antedicti, quodque eorundem aliquis impeti seu in Ius trahi non debet pro causa aliqua corpus, honorem uel res concernente coram seculari iudice, sed duntaxat coram Rectore Vniuersitatis et studij memorati, Volentes eos exemptos fore omnino tum a dicto exaccionis genere, tum eciam a strepitu Iudicij secularis, tali determinacione addita, si, quod absit, aliquis Magistrorum, Studencium uel Scolarium dicte Vniuersitatis in sacris constitutorum ordinibus siue non pro tali excessu nephario, ob quem de iure, si foret laycus membrum Vniuersitatis non existens, esset ad mortis exicium condempnandus, vbicunque in nostris terris deprehensus fuerit, debet Rectori dicte Vniuersitatis et studij presentari, coram quo, si de eodem excessu, prout Ius uel consuetudo loci exigerit, conuictus fuerit, idem Rector debet ipsum Iudici Curie Prepositi Ecclesie omnium Sanctorum Wiennensis presentare contradiccione qualibet non obstante de eodem fore factore conuicto vt predicitur

facturo Iusticiam prout consuetum fuerit iuxta canonicas Sancciones, qui prepositus erit nostri Ducatus Austrie et dicte Vniuersitatis supremus Cancellarius. Idem eciam Iudex Curie iam dicti prepositi habet et habebit Justiciam facere de omnibus Magistrorum et Studencium seruitoribus et famulis laycis, qui in eorum sunt expensis ac sumptibus et Vniuersitatis pedellis layeis super criminibus, pro quibus sunt ad mortem merito condempnandi, presente dicte Vniuersitatis Rectore uel eo, quem ipse ad hoc duxerit destinandum, vt idem Iudex ab equitatis et Insticie tramite minus valeat declinare.

Porro presentis scripti serie quo supra nomine sub obtentu nostre gracie districte precipimus dicte Ville Wiennensi ceterisque nostris uel nostrorum Iudicibus, amministratoribus, phlegarijs, officiatis, consulibus uel ciuibus ceterisque nobis subiectis, quod si Iudicij uel alterius emergentis uel emergendi negocij pretextu Rectorem dicte Vniuersitatis ipsorum auxilio et Iuuamine indigere contigerit, sibi comuniter et diuisim assistant fideliter et succurrant efficaciter per se et per suos seruitores et nuncios absque dilacione qualibet pro qualitate negocij, quociens super eo per Rectorem uel eius locum tenentem fuerint requisiti.

Sed si, quod auertat omnipotens, aliquem nostre dicionis laycum, Baronem, Nobilem, Ciuem, Burgensem oppidanum uel ruralem, diuitem vel pauperem, cuiuscunque condicionis existat, intra nostrarum terrarum terminos ullum Magistrorum uel Studencium diete Vniuersitatis uel ad ipsum Studium accedencium uel ab eo recedencium occidere uel ad eius mortem temere et violenter machinari contingeret, de persona illius Iudex in cuius districtu homicidium tale perpetratum fuerit, habet idem per sentenciam et decretum secularis

Iudicij iudicare, eiusdem vero bona immobilia que feodalia fuerint, proprietatis cedant Domino, prediorum autem et propriorum bonorum dimidium ad nos et dimidium ad Vniuersitatem prehabitam deuoluatur. Si autem quis laycorum specificatorum superius aliquem Magistrorum uel Studencium dicte Vniuersitatis mutilauerit seu manu, pede, brachio, crure, oculo, aure, naso uel aliquo aliorum membrorum suorum priuauerit, idem pro eo deprehensus membro consimili, quo priuauit Magistrum uel Studentem Vniuersitatis prehabite, est truncandus, nisi id ipsum membrum centum marcis argenti Wiennensis ponderis redimat, quarum medietas leso tribuatur, reliqua vero medietas inter nos et dictam Vniuersitatem equaliter diuidatur; vbi uero mutilator uel truncator membri prehabitus bona habens immobilia aufugiendo euaserit, eius feoda ad Dominum proprietatis redeant, predia autem et propria nobis et dicte Vniuersitati in parte cedant dimidia et leso reliqua tribuatur medietas vt prefertur, Idemque ob prenotatum excessum proscriptus et deportatus ab omnibus nostris et nostrorum terris ac districtibus esse debet absque spe ulla redeundi, nisi prius nostram graciam et lesi ac Vniuersitatis predicte fauorem et licenciam obtinuerit super eo; dicti uero excessus perpetrator, si leno, rybaldus uel aliquis uagus nullam certam habens residenciam fuerit, debet pene proscripcionis seu exclusionis a nostris et nostrorum terris absque omni gracia perpetuo subiacere priuandus membro simili absque omnis redempcionis ope, quo Vniuersitatis destituit Clericum, si post excessum huiusmodi in nostris uel nostrorum terris uel districtibus fuerit deprehensus. Sed in casu, quo ullus Magistrorum uel Studencium dicte Vniuersitatis ab aliquo hominum vt predicitur vulneratus uel uiolenta manuum uel Pedum inieccione tam grauiter lesus fuerit,

quod ex eo alicuius sui membri officio orbaretur, tunc reo seu reis violencie huiusmodi deprehensis sunt membra similia amputanda, nisi eorum quilibet suum membrum redimat sexaginta marcis argenti dicti ponderis diuidendis ordine prelibato. Aufugiencium uero seu euadencium bona infiscata tribuantur, quemadmodum est premissum, Egentes autem et inopes a nostris terris et districtibus exulent perpetuo et in eis deprehensi truncentur manibus, prout superius est expressum. Insuper quo supra nomine statuimus, quod si quis Magistrorum uel Studencium ab ullo sauciatus uel ex violenta manuum uel pedum incussione taliter lesus fuerit, quod tamen ex eo membrorum suorum officia non amittit, quod eidem Lesori pro eo deprehenso debet manus pugione transfigi, nisi id redimat quadraginta marcis argenti dicti ponderis vt predicitur diuidendis; et si idem aufugiendo iudicium euaserit, omnia eius bona infiscare debebimus et infiscata tenere, quousque nostram graciam obtinuerit, ac ipsi leso et dicte Vniuersitati reconciliatus fuerit super eo, nos tamen de eisdem bonis dicto leso pro lesionis qualitate ad Iudicium dicti Rectori debebimus de congrue subuencionis remedio subuenire, Tali vero lesori, cum rerum decst possessio, nostre terre et dominia sint perpetuo interdicte et deprehenso manus cultello, vt predicitur, absque gracia transfigatur.

Dictorum eciam Magistrorum uel Studencium si quispiam aliquem habet impetere super memoratis excessibus uel violencijs seu super debitis et causis pecuniarijs seu alijs quibuscunque exceptis duntaxat causis mortis et criminibus honorem seu famam rei concernentibus, illum debet coram suo Indice conuenire, ibique causam iuxta Diuini et positiui Iuris tradicionem duobus uel tribus ydoneis, probis, non suspectis et

legalibus viris actorem nec consanguineitate nec affinitate nec alio quouis federe concernentibus, qui de uisu uel auditu una cum eo deponant uel per alia legitima testimonia euincere et probare, quibus eciam Magistris uel Studentibus reorum Iudices super suis accionibus in terminis debitis indilatam debent facere Iusticiam sine dolo. Sed si aliquis eorundem Iudicum ipsis vltra debitos terminos differret facere Iusticiam et de hoc doceri poterit, tunc nos uel noster Marscalcus prouincialis Austrie super eo debemus iudicare et cognoscere iuxta continenciam priuilegiorum et Iurium concessorum dictis Vniuersitati et studio non obstantibus quibusuis libertatibus, Iuribus uel consuetudinibus terrarum, Ciuitatum uel villarum nostrarum, quas et que nunc habent uel imposterum obtinebunt, dignum censentes et debitum, vt quemadmodum Magistri et Studentes singularum Vniuersitatum per totum orbis ambitum singularis prerogatiue priuilegijs et excepte libertatis Iuribus dignificati dinoscuntur pre ceteris hominibus et exempti a terrarum et ciuitatum iuribus seu municipalibus excellenter ob ipsorum quietem et statum tranquillum, vt ipsorum studijs et laboribus laudabilibus valeant comodius insudare, ita consimiliter dicta Vniuersitas et studium, cuius fundatores et auctores sumus precipui, extra et vltra terrarum et locorum nostrorum municipalia prenotatis et subnotatis priuilegijs, libertatibus et Iuribus fruantur et gaudeant de gracia speciali, Consimiliter quoque quilibet Clericus uel layicus membrum Vniuersitatis predicte non existens euincere poterit Magistrum uel Studentem dicte Vniuersitatis coram Rectore tamquam suo Iudice super causa quacunque alta uel bassa, mortis uel honoris seu fame sue causis exclusis tantummodo, probacione et testimonio prenotato. Si quis uero Magistrorum uel

Studencium dicte Vniuersitatis conuenietur super causa corpus, honorem seu famam eius tangente, pro eo se expurget et Iuri pareat coram dicte Vniuersitatis Rectore, prout in nostris terris et Ciuitatibus inter Barones, Milites aliosque Nobiles, Ciues oppidanos, rurales iustum fuerit et consuetum. Statuentes nihilominus quo supra nomine omnibus nobis subiectis in terris, ciuitatibus, villis et districtibus nostris constitutis uel constituendis, cuiuscunque status uel condicionis existant, edicto perpetuo precipimus et mandamus et signanter incolis ducatus Austrie et dicte ville Wiennensis, quod si quis aliquem de Magistris uel Studentibus dicte Vniuersitatis violenter et armata manu inuadet, quod ac hoc intercipiendum quilibet videns accurrat ac ad capiendum inuasorem eundem det operam et iuuamen idemque captus indilate suo iudici presentetur, ibidem de dicta violencia conuictus iusticiam recepturus; si quis uero uidencium hoc facere neglexerit, dabit decem marcas argenti dicti ponderis pro emenda, quarum nobis una cedat medietas et altera passo iniuriam seu leso; qui egens existeret, duobus mensibus carceri includatur.

Occisores, lesores seu violenti inuasores Magistrorum uel Studencium dicte Vniuersitatis non aliquo gaudere debent asylo uel defendi emunitate, priuilegio seu libertate per nos, nostros progenitores seu antecessores inclitos concessis monasterijs, ecclesijs uel locis ceteris alicuius principis Ecclesiastici uel secularis, Prelati, Comitis, Baronis, seu cuiuscunque alterius hominis nobilis uel ignobilis; verum confugientes ad loca hec capi, teneri et condigna pena plecti debent non obstantibus dictis emunitate, priuilegio seu libertate locorum, quas et que ducali nostra auctoritate quo supra nomine quoad hunc casum tollimus et totaliter annul-

lamus volentes quantum in nobis est, omnem causam et occasionem extirpare et tollere, quibus dicta Vniuersitas ledi poterit uel turbari.

Inhibemus eciam presentibus quo supra nomine, vt nullus Clericus uel laycus, Religiosus uel secularis, Christianus uel Iudeus uel alterius condicionis homines vtriusque sexus libros, cuiuscunque facultatis existant, a quouis magistro uel Scolari dicte Vniuersitatis seu a quouis alio hominum de Vniuersitate non existencium Religioso uel seculari, quocunque nomine censeantur, emat uel impignoret, nisi de dicte Vniuersitatis Rectoris uel sui Commissarij per eum ad hoc deputati scitu et licencia speciali. Et si quis librum aliquem sibi secus vendicare presumpserit, eundem dicto Rectori in penam absque gracia assignabit. Si vero aliquis Magistrorum uel Studencium dicte Vniuersitatis sibi librum furtiue subtractum penes aliquem Religiosum uel secularem cuiuscunque status existat, inuenerit, quem suum fuisse testibus ydoneis vt premittitur probare valeat, ille penes quem inuentus fuerit, eidem Magistro uel Studenti ipsum librum absque qualibet contradiccione debet restituere, eciamsi liber sic subtractus ad eundem empcionis, impignoracionis seu quouis alio tytulo sit perductus.

Statuimus quoque quo supra nomine, quod, si quis Magister uel Studens dicte Vniuersitatis intestatus decedens bona mobilia uel imobilia reliquerit, quod eadem per Rectorem Vniuersitatis illesa absque diminucione qualibet integraliter per annum et diem teneantur et conseruentur, infra quod tempus, si quis compareat, qui prout iuris est testibus ydoneis docere valeat se esse eiusdem defuncti heredem proximiorem et legitimum ab intestato, huic Rector cuncta eius bona assignare debet et tradere contradiccione qualibet non

obstante. Si uero nullus talis comparebit, ipse Rector libros defuncti, si quos reliquit, assignet et tribuat dicte Vniuersitatis publice librarie; de reliquis defuncti bonis mobilibus et imobilibus ad consilium quatuor procuratorum specificatorum inferius dispositurus pro salute et remedio sue anime, quemadmodum pro qualitate negocij eis per ipsorum fidem et conscienciam absque omni dolo visum fuerit expedire.

Sane vt magis disciplina Scolastica clericalis religionis, Katholice institucionis ac humane discrecionis cerimonie a membris dicte Vniuersitatis purius et rigidius obseruentur, declarantes presentibus quo supra nomine volumus, quod si quis in Magistrum uel Studentem dicte Vniuersitatis sue honestatis et salutis immemorem cum sua uxore agentem turpiter deprehensum manus violentas iniecerit uel sibi offensam irrogauerit, pro eo per nos, Rectorem uel ipsam Vniuersitatem non est aliqualiter puniendus, Nolentes, aliquam personam dicte Vniuersitatis quo ad hunc casum indultis sibi priuilegijs et iuribus perfrui et gaudere.

Ordinantes quoque et statuentes quo supra nomine volumens, totum dicte Vniuersitatis Clerum in partes quatuor diuidi, quarum quelibet Magistros et Studentes de certis et nominatis terris habeat pro ipsarum qualitatibus et circumstancijs vnam facientibus nacionem. Premissis nihilominus adijcimus consimiliter statuentes, vt earundem nacionum seu quartarum quelibet signanter Clericorum in septem artibus liberalibus legendo uel studendo militancium procuratorem seu causarum et negociorum suorum gestorem habeat specialem, qui in dictis liberalibus artibus sit Magister; qui quatuor procuratores inter cetera officij sui debitum tangencia toti Vniuersitati Magistrorum et Studencium in Theologia, in iure Canonico et ciuili, in Medicina et in septem

liberalibus artibus proficiendi et eligendi Rectorem supremum, qui eciam sit Magister liberalium arcium et nullius facultatis alterius, plenam et liberam habeant potestatem. Si autem in iam tacta Rectoris eleccione inter dictos procuratores duo a duobus equaliter discordarent, Rector preteritus, cuius tunc expirauit officium, sit superior, qui si mortuus uel tante debilitatis extiterit, quod dicte eleccioni interesse non valeat, prepositus Ecclesie Sanctorum omnium in Wienna, qui vt predicitur Vniuersitatis est Cancellarius, superior habeatur et in quemcunque artistam dicti quatuor Procuratores concorditer uel eorum tres uel duo vna cum superiore concordauerint, tocius Vniuersitatis et Studij Rector erit in presencia Rectoris preteriti et quatuor Procuratorum anulo per nos ad hoc Vniuersitati donato specialiter per dictum prepositum inuestiendus de Officio Rectorie. Hij Rector et Procuratores quatuor omnes causas et negocia diffinire habent et decidere mediante amore uel Justicia, quas et que dictam Vniuersitatem uel quodlis eius membrum tangunt quomodolibet absque omni dolo et fraude modo debito et consueto.

Prenotata eciam Vniuersitas magnum sigillum habeat pro omnibus suis causis in scriniolo quatuor clauibus concludendum, quarum vnam Rector, alteram Decanus Theologorum, terciam Decanus Canonistarum et Legistarum, quartam Decanus Medicorum in sua habeant potestate; id ipsum scriniolum reponi debet in magno scrinio forti ferreis firmato ligaminibus et sex seris et clauibus comunito, quarum vnam Prepositus dicte Ecclesie omnium Sanctorum Vniuersitatis Cancellarius, secundam Rector, et quilibet Procuratorum quatuor vnam seruet. In quo eciam scrinio magno reponendo in interiori et secreta sacristia dicte Ecclesie

omnium Sanctorum priuilegia, Instrumenta et littere Vniuersitatis prehabite conseruentur.

Nos Rudolfus, Albertus et Leupoldus fratres domini dictarum terrarum recognoscentes expresse et ex certa sciencia dicte Vniuersitati concessisse, indulsisse et dedisse Jura, Gracias, libertates et priuilegia prenotata promisimus et per presentes bona fide ac verbis nostre ducalis dignitatis promittimus pro nobis, nostris Heredibus et Successoribus Vniuersis, quos obligamus et astringimus firmiter ad horum ratihabicionem et obseruanciam inuiolabilem, ea omnia et singula, prout sunt specificata superius, rata, grata, firma et inconuulsa habere perpetuo et seruare, quodque nos dicte Vniuersitati et studio eadem Jura, priuilegia et gracias iuxta ipsius necessitatem, pro temporum et negociorum qualitatibus meliorare, extendere et ampliare volumus ad Consilium dicti sui Cancellarij, Rectoris, quatuor procuratorum et trium Decanorum, quociens tota ipsa Vniuersitas ex causis racionabilibus et legitimis nos requisierit et pecierit super eo. Senior quoque Dux Austrie primo sue recepcionis, admissionis et Ingressus tempore promittet ad manus Rectoris, qui tunc fuerit, se premissa omnia et singula absque dolo toto sue vite tempore inmarcessibiliter seruaturum.

Idcirco pro nobis, nostris heredibus et posteris vigore presencium committimus ac districte sub obtentu nostre gracie precipimus et mandamus Venerabilibus et nobilibus fidelibus nostris dilectis omnibus et singulis nostris Principibus Ecclesiasticis et Secularibus, Prelatis, Abbatibus, Prepositis, Prioribus, Plebanis ceterisque Clericis, nec non nostris Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Proceribus, Vexilliferis, Ministerialibus, Vasallis reliquisque nobilibus ac eciam omnibus nostris prouincialibus Marscalcis, amministratoribus,

Capitaneis, Vicedominis, phlegarijs, Castellanis, Rectoribus, Mutarijs et Theoloniatoribus, Preconibus ac alijs officiatis, insuper omnibus nostris magistris Ciuium, Iudicibus, Scultetis, Ministris, Consulibus et ciuibus omnibusque et singulis alijs nostris subditis et Incolis presentibus et futuris omnium terrarum nostrarum ciuitatum, oppidorum, villarum et districtuum, cuiuscunque preeminencie, condicionis aut status existant, quatenus memoratas nostras ordinaciones, constituciones, precepta, mandata et inhibiciones in singulis hijs punctis, articulis et capitulis perpetuo obseruent, exequantur et adimpleant efficaciter, quantum ad eorum quemlibet pertinet, absque contradiccione qualibet atque dolo. Si quis vero premissis uel eorum alicui ausu temerario contraire presumpserit, se sciat indignacionem nostre Ducalis excellencie incurrisse, Quodque nos, nostri heredes et posteri ob ipsius ausum et presumpcionem temerarios pro qualitate culpe et negocij grauiter punire debemus et volumus in rebus uel in corpore iuxta huius nostre ordinacionis continenciam prelibatam.

Que cum omnibus punctis, articulis et capitulis in ea comprehensis per consensum, scitum et voluntatem nec non per patentes litteras Reuerendi in Christo Patris Domini Alberti Patauiensis Ecclesie Episcopi tanquam Iudicis ordinarij tocius Cleri in sua diocesi et dicta villa Wiennensi constituti confirmata, approbata dinoscitur et firmata.

Testes huius rei, qui presentibus intererant, sunt, quorum nomina subnotantur, Venerabiles in Christo Dominus Ortolffus Archi Episcopus Apomiensis, Dominus Agapitus de Columpna Esculanus Episcopus Nunccius sedis apostolice, Noster Consanguineus, Dominus Paulus Frisingensis, Dominus Stephanus Zagrabiensis, Dominus Albertus Patauiensis, Dominus

Johannes Brixinensis noster Cancellarius, Dominus Johannes Gurczensis et Dominus Petrus Marcopolensis Episcopi ac Reuerendi Johannes Medlicensis, Chunradus ad Sanctum Paulum in Lauenttal, Vlricus Obernburgensis et Clemens Scotorum Wienne Abbates, Ortolfus Newnburgensis et Vlricus ad Sanctum Ypolitum Prepositi, Nec non nobiles fideles nostri dilecti Rudolffus de Habspurg, Otto de Ortenburg, Vlricus de Schownberg Comites nostri consanguinei, et fideles nostri dilecti Berichtoldus, Burkardus et Johannes Comites de Maydburg, Ybanus Comes de Pernstain, Hainricus filius suus, Fridericus de Buzznang et Wilhelmus de Ennd liberi, Stephanus de Meissow supremus Marscalcus, Heidenr. de Meissow Supremus Pincerna, Albertus de Puchaym supremus dapifer, Petrus de Ebersdorff supremus Camerarius, Wilhalmus de Kreusbach supremus Magister venatorum Austrie, Eberhardus de Walsse de Lincz noster Capitaneus supra Anasum, Heinricus et Fridericus de Walse de Drosendorff, Fridericus, Heinricus et Rudolfus de Walsse de Anaso, Leutoldus de Stadekk Marscalcus prouincialis Austrie, Bertholdus de Bergaw Iudex Curie nostre, Johannes de Trawn, Hertlinus et Leupoldus filij sui, Hainricus et Heinricus, Fridericus, Albertus, Chunradus, Vlricus et Wilhalmus de Potendorf, Cadoldus et Cadoldus de Ekhartzow, Johannes de Puechaym, Bernhardus de Maissow, Stephanus, Vlricus, Haiuricus, Vlricus, Otto, Albertus et Rudolfus de Zelking, Hainricus et Hertlinus de Rauhenstain, Hainricus, Johannes et Georgius de Liechtenstain de Nicolspurg, Stephanus de Hohenberch et filius suus, Rudolfus de Stadekke, Albertus et Albertus, Martinus et Johannes dicti Stuchsen, Perngerus, Rudolfus et Perngerus de Landenberg, Chadoldus, Vlricus, Otakarus et Vlricus de Haselaw, Jo-

hannes Turs de Rauhenekk, Fridericus de Stubenberg summus Pincerna Styrie, Otto, Johannes, Vlricus et Wulfingus eciam de Stubenberg, Vlricus, Albertus et Hainricus Ekkel, et Erkel de Atzenpruck, Chunradus et Nicolaus de Sachsengang, Weichardus et Weichardus de Toppel, Otacarus, Cristanus et Dietmarus de Ror, Dietmarus, Dietricus et Hertlinus de Losenstain, Fridericus, Hainricus et Ortlib de Winchel, Rudolf Otto de Liechtenstain supremus Camerarius Styrie, Vlricus filius suus, Andreas et Fridericus de Liechtenstain de Judenburg, Piligrinus et Johannes dicti Strewn, Weichardus et Georgius de Polnhaim, Lienhardus et Wernhardus de Ladendorf, Hainricus de Hakenberg, Albertus Pincerna de Ried, Wolfgangus et Johannes de Winnden, Ulrich, Johannes de Liechtenekk, Hainricus de Neitperg, Marichardus de Tirnstain, Marichardus Heusler, Vlricus de Chranichperg, Chunradus et Hainricus dicti Perner, Leupoldus et Johannes de Sirndorff, Vlricus, Johannes et Wulfingus de Planchenstain, Fridericus Marscalcus de Pappenhaim, Vlricus de Valkenstain, Hertlinus de Scherffenperg, Johannes de Kunigsperg, Fridericus dictus Mutarius de Purkhausen, Jan et Jan de Mieserietsch, Hainricus et Georgius de Vettaw, Johannes dictus Glaiz cum suis Fratribus, Johannes et Hertlinus de Wildekk, Albertus de Ottenstain et filij sui, Albertus de Sunnberg, Claus de domo, Rudolfus de Schönnaw dictus Hawraus, Vlricus de Aspermont, Johannes de Totzenpach, Nicolaus de Reihenstain, Burkardus, Cunradus et Hainricus de Elrbach, Hainricus de Ernuels, Hermannus de Schonleiten, Cristanus et Cadoldus de Cintzendorf, Hainricus de Rappach Magister Curie nostre et quamplures alij fide digni.

Et in testimonium perpetuum omnium et singulo-

rum specificatorum et scriptorum superius nec non ad securitatem integram firme et inuiolabilis obseruancie eorundem presens priuilegium est appensione sigillorum nostrorum omnium roboratum.

Datum et actum Wienne duodecima die Martij anno Domino millesimo, tricentesimo, sexagesimo quinto, nostri predicti Ducis Rudolfi etatis vicesimo sexto, Regiminis vero septimo et nostri predicti Alberti Ducis etatis sedecimo ac nostri prenominati Ducis Leupoldi etatis quarto decimo annis.

† Wir der vorgenant Herzog Rudolf sterken disen Prief mit der underschrift unser selbs Hant. †

† Wir der vorgenant Herzog Albrecht sterken disen Prief mit der underschrift unser selbs Hant. †

† Wir der vorgenant Herzog Leupold sterken disen Prief mit der underschrift unser selbs Hant. †

Et Nos Johannes Dei et Apostolice sedis gracia Brixinensis Episcopus prefati Domini Nostri Domini Rudolfi Ducis Austrie primus Cancellarius recognouimus omnia prenotata.

(Orig. mit drei anh. Siegeln. Univ.-Arch. Lad. XXXVII, 2.)

2.

1365, 16. März, Wien.

Auszug aus dem Stiftbriefe der Dom-Propstei zu Wien.

Wür Rudolph der Vierdte Von gottes gnaden Ertzherzog ze Oesterreich etc. . . . . es soll auch geordnet werdten, daz alle Tag bei dem Tagzeiten vnd Ampten steen vnd Singen drei Thaill der Chorherrn vnd dritthail der Capellanen vnd Zu den zweyen Ampten sollen Täglich gegenwertig sein 24 Schueller, vnd Zu den Hohen Ambt vnd zu der Vesper Schueller so der Maist gesein mag doch hinter dreysig nicht, Sonst zu den gemainen Tagzeiten bey

den Tag sollen sein 12 Schueller, aber an den grossen Hochzeiten, daz ist an dem Weihnacht Tag, an dem Oster Tag, an dem Phingstag, an allerheilligen Tag, an aller Seellen Tag Vnd an Vnser Frauen Tag zu ihr schiedtung, an gottsleichnamb Tag, vnd an Vnsern Jartag soll der Schuell Maister der grosssen Schuell mit ganzer Vniuersitet der Maister, Studenten vnd Schueller bey sein vnd helffen zusingen vnd Vmzugan, in der vorgenanten Vnser Stüfft, vnd ander Ding da volbringen, alss Wür vnd die Vorgenanten vnser Vniuersitet darüber vnser brief der Eegenanten Vnser Stüfft geben, vnd soll Kein Schueller berührn in die Eegenanten Vnser Kürchen zu allen Heiligen zu Gottesleich dienst ohn ein Korreckhl aussgenommen die grossse Maister vnd alt Studenten.................. .... seyt der Allmechtig Gott die gnad auf Vnss gelegt hat, vnd Vnss darzue mit seiner barmherzigkait Erwöhlt hat, daz Wür Nun solten Stüfften vnd Pauen 2 löblich vnd Nuz-Stüfft der Christenhait, aines mit diser vnser Stüfft, dauon Er Ewigclich gelobt soll werdten, die Ander mit der grosssen Schuell in vnser Statt ze Wienn, dauon seyn Christlicher glaub gemehrt soll werden, dauon Mainen wür, seyd wür die beede Stüfft gethan haben, daz auch dieselbe 2 Stüfft Ewigclich zu ainander in ainer Verphlichtung vnd ainung beleiben sollen vnd in Würden Ainander Halten, alss die brieff Sagend die darüber von Vnss vnd in gegeben wordent.......

Der brieff ist geben vnd ist die Sach geschehen da Man zelt Von Christy gebuerth Tausend dreyhundert Jahr, darnach in den Funff vnd Sechzigisten Jahr, an den Sontag in der Fasten alss Man Singt oculj......

(Copie im k. k. Archive für Cultus-Angelegenheiten, vidimirt am 27. Juni 1724 von Matth. Jos. v. Feuchtenberg, k. k. geh. Hof-Registrator.)

3.

1365, 18. Juni, Avignon.

Papst Urban V. ertheilt seine Zustimmung zur Errichtung der Wiener Universität mit Ausnahme der theologischen Facultät, und bestimmt den jeweiligen Propst der Allerheiligen- (d. i. Stefans-) Kirche zu ihrem Canzler. Im Falle einer Sedisvacanz habe das Capitel der Propstei für die Versehung des Cancellariates zu sorgen.

Vrbanvs Episcopus seruus seruorum dei ad perpetuam rei memoriam. In suppreme dignitatis apostolice specula licet immeriti disponente domino constituti ad vniuersas fidelium regiones eorumque profectus et commoda tanquam vniuersalis gregis dominici pastor commisse nobis speculacionis aciem, qvantum nobis ex alto permittitur, extendentes fidelibus ipsis ad querenda literarum studia, per que diuini nominis sueque fidei catholice cultus protenditur, iusticia colitur, tam publica qvam priuata res geritur vtiliter omnisque prosperitas humane condicionis augetur libenter fauores graciosos impendimus et oportune comoditatis auxilia liberaliter impertimur. Cum itaque sicut nuper pro parte dilectj filij nobilis Viri Rudolfi Ducis Austrie fuit propositum in consistorio coram nobis ipse Dux non solum ad vtilitatem et prosperitatem huiusmodi rei publice et incolarum Ducatus sui Austrie, sed eciam aliarum parcium vicinarum laudabiliter intendens in villa sua Viennensi Patauien. diocesis in Ducatu predicto consistente tauqvam insigniori et magis ad hoc accomoda et ydonea plurimum desideret fieri et ordinari per sedem apostolicam studium generale in qvalibet licita facultate, vt ibidem fides ipsa dilatetur, erudiantur simplices, equitas seruetur Iudicij, crescat racio et intellectus hominum augeatur. Nos premissa ac eciam eximiam fidei

genda et approbanda, ne forte aliquando leues eciam insultus valeant exoriri, inter diuersarum Facultatum, uel certe eiusdem Facultatis supposita, vnde et mater ipsa, tota scilicet Vniuersitas possit perturbari. Gratum igitur desiderium Illustrissimi Principis et Domini nostri Ducis prelibati, quia salubre est, et summopere volens adimplere pro posse suo inclyta Facultas Arcium Liberalium ceterarum Facultatum vtique Venerabilium pia Nutrix, Quia suos Alumnos ipsis impartitur tanquam fortes Agonistas. Et si qui forsan aliunde ipsis aducnerint, reuera tanquam abortiui sunt, respectu Arcium lacte liberalium et secunde matris Philosophie nutritorum: filij nanque Facultatis Artium aptiores sunt ad queuis studia etiam altiora. Dummodo tamen non duxerint se emancipandos ante tempora a prouida matre sua, Facultate scilicet Arcium ipsis rite constituta, volantes sine pennis. Sed varijs plumis artium Liberalium habitualiter decoratus apicem vtique cuiuscunque eciam Facultatis scientifice facilius adipiscitur, interioresque subtilitates, eciamsi difficiles sint, medullitus penetrando. Studium igitur Arcium Liberalium tanto diligencius tantoque feruencius prouide reguletur, quanto periculosius in ipso deuietur, ne paruus error in ipso tanquam aliarum facultatum principio toti Vniuersitati matri nostre prestet fomentum erroris. Et sic decet et oportet, ut ipsa Facultas arcium certis quidem Regulis et Legibus, frenis scilicet lenibus suos astringat alumnos, ut Rixis, iurgijs, ceterisque vitiorum incentiuis, extra Studij Wienn. terminos procul relegatis Scolares artium quiete Philosophie deseruiant, Studijsque suis feruenter inherentes et per consequens Magistri pacis tripudijs leti perfruantur.

Q u a p r o p t e r nos Decanus totaque Communitas Magistrorum Facultatis Arcium huius alme Vniuersi-

tatis Studij Wiennen. vnanimi consensu, prouido consilio, maturaque deliberacione prehabitis ad laudem et honorem solius immobilis, cuncta mouentis, ad bonum quoque Regimen suppositorum nostre Facultatis ipsorumque cum ceterarum Facultatum membris amicabilem concordiam, solacium jugeque incrementum, nec non stabile fundamentum totius Vniuersitatis Wiennen. matris nostre metuende, Ordinamus et Statuimus Capitula, que subsequuntur, et volumus dumtaxat ipsis irrefragabiliter vti in Scolis, Consilijs et Ordinacionibus Facultatis, Itaque proponimus ipsa firmiter obseruare. Quod si que Ordinaciones, Statuta seu obseruaciones in nostra Facultate prius fuerint habita scripta uel non scripta, uel quomodolibet aliter obseruata, que huic opusculo non sint inserta nec hic insertis consona et omaino similia, Omnia quidem talia reprobamus et reuocamus, et volumus ipsa habere nulla et abolita, nec aliquatenus ammodo in Scolis, Consilijs et alijs factis nostre Facultatis a quoquam volumus allegari. Et insuper Illustrissimi principis Domini nostri Alberti Ducis sepe nominati laudabilem Voluntatem, quantum in nobis est, omnimodo adimplere volumus cum effectu. Omnia nostra Statuta et Ordinaciones, que subsecuntur, pio examini benigneque correccioni submittimus huius alme Vniuersitatis Studij Wiennen., Matris nostre generose, ipsaque omnia approbari et confirmari, tanquam perpetuis temporibus duratura, sincero postulamus ex affectu. Attamen interpretacione, dispensacione, correccione, variacione, addicione, diminucione, subtraccione ex causa racionabili, quocienscunque Facultati Arcium nostre visum fuerit expediens aut oportunum, semper saluis. In quorum quolibet premissorum omnimodam potestatem nobis Facultati Successoribusque nostris reseruamus. Illo tamen adiecto moderamine,

Quod si aliquociens Facultati nostre placuerit, nouum Statutum condere aut vetus tollere, ut sepius oportet iuxta variacionem temporum et Vtilitatem Facultatis, quod illud iterum de nouo sit confirmandum aut infirmandum per alme Vniuersitatis huius Wiennen. pie matris nostre consilium et Decretum. Alioquin nullius sit efficacie aut firmitatis, nec aliquis ad ipsum obseruandum iuramento uel alio quouis modo sit astrictus. Tenor vero Statutorum sequitur in hec Verba.

(Titulus I.)

De his que ad Laudem Dei et Cultum Diuinum noscuntur pertinere.

Quoniam ut ait Plato, siue in maximis siue in minimis diuinum auxilium debet implorari, Quia et ipso pretermisso nullum rite fundatur exordium, Primum querere cupientes, que Dei sunt, ut itinere prospero transituri valeamus peruenire ad finem omnibus preoptatum. Summo igitur Deo in membris suis seruiendo credimus et ipsi gratum seruicium prestitisse, nullo tamen celestis Patrie pretermisso, sed insimul omnes, quantum in nobis est, in persona Vnius volumus venerari. Quare ad Laudem et Reuerenciam Dej omnipotentis tociusque celestis exercitus oculos deuote nostre mentis ad quandam matris nostre, scilicet Philosophie, filiam Deo summo gratissimam dirigentes, ut et ipsa nos sibi gratos efficere et Studium nostrum philosophicum dirigere ad Studium illud dignetur, quod est Sapiencie et Veritatis eterne.

Primo igitur ordinamus et statuimus volumusque ita amplius per nos et nostros successores obseruari, ut omni Anno Festum beate Katharine Virginis et Martyris cum Vesperis et Missa simul et Sermone latino solemniter celebretur per totam nostram Facul-

tatem, Die sancto Festi ipsius beate Virginis Katharine Missarum solemnia ct in Die precedente Vespere decantentur, nisi aliquid obstiterit magni, Ita quod pro tunc Festa non valeant decenter peragi. Nec tamen pro quocunque eciam magno negligere volumus, quin cum commode et quam cito fieri poterit, predicta Festa cum debita Reuerencia peragantur. Quibus quidem Festis, Vesperis, Missis, Sermoni et Offertorio omnes Magistros, Baccallarios et Scolares nostre Facultatis interesse volumus a principio vsque in finem permansuros, singulos in habitibus suis decentibus pro gradu suo et ordine, quem in facultate obtinent. Ita quod iuniores maioribus deferant honorem et Reuerenciam, et e conuerso, ne Doctores, Magistri et aliarum facultatum Studentes, quos ad premissa Solemnia proponimus inuitare, aliquid inter nos, qui Philosophie deseruimus, queant annotare, quod ipsos et ceteros intuentes aliqualiter valeat molestare. Si qui vero in non veniendo, aut ante finem festorum pretactorum recedendo legittima sine causa aut alias quouis modo culpabiles, eciamsi sint Magistri aut inferiores de nostra Facultate reperti fuerint, stabunt pene ipsis aut alicui ipsorum infligende per Decanum et alios quatuor Magistros pro adiutorio Decano deputatos, ut infra tangetur. Qui eciam quinque Magistri iam pretacti singulis annis et satis tempestiue prouidebunt de aliquo faciente Sermonem ad Clerum in Festo pretacto et similiter de loco et Ecclesia, in qua solemnia nostra ordinacius simul et deuocius iuxta qualitatem facultatis et Temporis peragantur non ad fastum et pompam, sed pocius ad Dei et tocius Curie celestis laudem et honorem. Prouidebunt eciam de Cantoribus, de Campanarum pulsibus et ceteris pro ornatu et omnibus alijs necessario ad premissa et quodlibet ipsorum requisitis.

Item Volumus et ordinamus, ut cuilibet Magistro in Artibus tunc presenti per receptorem Facultatis de communi Fisco eiusdem detur presencia, sicut inter Canonicos Ecclesiarum fieri consueuit, ad minus Vnius grossi tempore Missarum pro Offertorio, et similiter cuilibet Doctori cuiuscunque Facultatis fuerit et Nobilibus Statum talium hic tenentibus detur tantum, sicut Magistro nostre facultatis. Quos tamen omnes hortamur in Domino, ne tantillum respuant, sed si placuerit, offerant, aut pauperibus, quorum intuitu illud fieri permittimus, misericorditer largiantur.

(Titulus II.)

De Anniuersarijs et Exequijs Facultatis.

Item considerantes, quam pium et salubre sit exorare pro mortuis, ut ipsorum sancte anime in ergastulo Purgatorij forte pro minoribus peccatis detente liberentur, Volumus omni anno, Die scilicet Mercurij Quatuor temporum Quadragesime pro Redempcione Animarum Magistrorum et omnium aliorum Facultati nostre Studij Wienn. incorporatorum eciam vbicunque terrarum defunctorum nec non omnium in Christo quiescencium peragere memoriam mortuorum cum Missa et ea solemnitate, que in talibus deuote fieri consueuit, et in Vesperis precedentibus decantare Vigilias cum nouem Leccionibus. Et hortamur et obsecramus Magistros nostros, Quatenus disponant se humiliando coram Domino, qui fecit nos, taliter quod vnus eorum decantet Missam, Secundus Euangelium, Tercius Epistolam, tam in Missa solemnitatis nostre Festiuitatis sancte Katharine, et similiter de Missa pro Defunctis, in Vigilijs eciam Lecciones omnes, uel sex, aut ad minus tres posteriores, in quo obediant Decano, si quos ad premissa duxerit requirendum sine omni proteruia, quam

in publico et in omni nostra congregacione reprobamus fieri, sed benigne se excusent et honeste.

Istam quidem solemnem memoriam animarum cum Missa et Vigilijs volumus peragere annuatim tempore pretacto in Ecclesia Sancti Stephani, dummodo fieri poterit congruenter, nam ibidem communis est nostra Sepultura et certe ex ipsa recipimus diuina sacramenta. Si tamen ibidem fieri non possit commode, quia solam deuocionem intendimus et non pompam, ex tunc pro illa Vice in quacunque ecclesiarum huius Ciuitatis Decanus cum quatuor Magistris sibi pro adiutorio deputatis, ut infra patebit, uel ipsorum maior pars peragere decreuerit, illic omnes Magistri nostre Facultatis, Baccallarij et Scolares venire et Offerre teneantur et vsque ad finem cum tota deuocione permanere. Sed non venientes aut diuinum Officium perturbantes aut ante finem recedentes stabunt penis per Decanum et alios quatuor Magistros Coadiutores ipsis imponendis et, quod absit a vobis, si qui rebelles in premissis penis soluendis reperti fuerint, sint suspensi ab omnibus actibus scolasticis, donec Veniam meruerint a tota Facultate Arcium obtinere, nisi forte legittime se valeant excusare coram ipsa.

Item Facultas prouidebit de Candelis, pannis sericeis et alijs sumptibus funerum, ut si datore formarum animas suppositorum Facultatis siue maiorum, siue minorum in Matriculam nostre Facultatis ascriptorum reuocante, ex tunc conuocata per Decanum tota nostra Facultate secundum qualitatem defuncti exequie honeste peragantur, pro diuitibus quidem moderati Sumptus exsoluantur pro Candelis, pauperibus vero gratis et propter Deum pure concedantur.

Vt igitur Facultas Arcium ab hedis agnos valeat dinoscere, decreuit sine tamen quocunque Vniuer-

sitatis preiudicio, habere matriculam quandam specialem, in qua omnia sua supposita possit assignare, in qua Magistri teneantur ascribi, cum primo ad Facultatem assumuntur, et pro intytulacione dabit quilibet duos grossos, Baccallarius similiter teneatur ascribi et dabit Vnum grossum. Scolaribus vero liberum sit, sed qui petit inscribi, debet assumi et soluere Vnum grossum, Dummodo in plena congregacione Facultatis petat per seipsum et in Registro Vniuersitatis sit ascriptus. Ex quibus quidem pecunijs Funeralia et cetera que ad diuinum cultum spectant, proponimus instaurare. Et si Deo disponente aliquem Magistrum, Baccallarium seu Scolarem nostre Matricule ascriptum contingat migrare ab hoc seculo, Quia per Ascripcionem in matricula frater noster effectus est, et post mortem fraternitatem ipsi exhibebimus omnes ad exequias ipsius veniendo. De alijs autem fiat iuxta Statuta Vniuersitatis, que eciam de exequijs mortuorum faciunt mencionem.

(Titulus III.)

De Eleccione Decani.

Ex quo Mater nostra Vniuersitas Vnica tamen semper permanens et non scissa ex quatuor Facultatibus tanquam riuis exundantibus integratur, Quarum quidem Facultatum Vna est Arcium Liberalium, matris sue primogenita filia et ob eius fecunditatem predilecta, quam vtique integram et indiuisam volumus conseruare. Quare statuimus, quod omnium Magistrorum in Artibus hic regencium et non regencium incorporatorum secundum modum infrascriptum sit Vna facultas concors, ab Vno Decano regenda, et quamdiu aliquis Magistrorum aut Baccallariorum non fuerit incorporatus eidem Facultati, non admittatur hic in Studio legere,

regere aut disputare in artibus, et a tota Vniuersitate et qualibet eius parte membrum Facultatis Arcium huius Vniuersitatis non esse censeatur. Saluo tamen Statuto, quod de Magistris et Baccallarijs aliarum Vniuersitatum loquitur, hic si pecierint, ad facultatem Arcium assumendis. Qui quidem Decanus, quia omnibus Magistris, Baccallarijs et Scolaribus eiusdem debet preesse, dignum est, ut talis eligatur, qui moribus et sciencia ceteros antecedat. Statuimus igitur, Quod Rectore Vniuersitatis electo statim eodem Die uel altero immediate sequente omnes Magistros nostre Facultatis Decanus pro tunc existens per Bedellum faciat fideliter et nominatim conuocari ad electionem noui Decani in Scedula conuocacionis hoc expresso, ne fraus aliqua committatur. Ad quod ipsum Decanum et Bedellum obligari volumus per ipsorum Juramenta.

Item Die prefixo Magistris sufficienter congregatis eligatur in Decanum Magister ydoneus, sufficiens, grauis et morigeratus actu regens, qui ad minus per duos annos hic in facultate rexerit et trium annorum ad minus Magister Vniuersitatis existat. Ita quod in quem maior pars Facultatis consenserit, sit Decanus. Si vero duo de Magistris equales voces habuerint, in quem illorum tunc Decanus existens consenserit, sit Decanus nouus solum dimidio anno permansurus.

Electus iam in Decanum teneatur, Officium Decanatus assumere sub pena decem florenorum, fisco Facultatis soluendorum, nisi causa ligittima coram Facultate statim proponenda, quare ipsum acceptare non debeat, se valeat racionabiliter excusare.

Item Officium Decani sit, congregaciones facere sue facultatis iuxta eiusdem ordinaciones et Statuta, deliberaciones sue facultatis reddere Rectori super Articulis propositis in congregacione Vniuersitatis at-

que curam gerere, ut Actus Scolastici sue Facultatis fiant legaliter et vtiliter ad Incrementum et honorem Vniuersitatis et Facultatis. Negligencias circa huiusmodi Magistrorum et Baccallariorum si perceperit, ad Facultatem referre, si ab ipso ad partem premoniti se non emendauerint. Statuta Facultatis manutenere et procurare pro posse suo, ut ipsa eciam ab alijs obseruentur, et ipsorum transgressoribus iuxta Decretum Facultatis studeat penam adhibere et generaliter omnia que cognouerit esse ad bonum Facultatis Arcium, promouere et contraria impedire pro posse.

Item Decanus in principio sui Decanatus, scilicet infra primos Quindecim Dies congregatis sub certa pena tunc exprimenda et extorquenda Baccallarijs et Scolaribus nostre Facultatis legat ipsis et per se ipsum Statuta Facultatis concernencia ipsos et ipsorum vitam, mores et doctrinam et eos nihillominus perhortetur ad laudabiliora et virtutum et scienciarum incrementa.

Item Decanus teneat sub arta Custodia librum Statutorum Facultatis et similiter librum Actorum, in quo scribat ea, que aguntur tempore sui Decanatus circa Promouendos et acta alia notabilia in Facultate et etiam in congregacione Vniuersitatis. Presertim tamen illa que aliqualiter tangunt directe uel indirecte nostram Facultatem, et eciam teneat matriculam Facultatis, in qua tamen sub Juramento suo nullum ascribat per se nel per alium scribi permittat, nisi cum consensu Facultatis, et tunc Magistros scribat ordine suo secundum etatem recepcionis ad Facultatem nostram et similiter Baccallarios ordine suo: Scolares verum secundum quod ad Facultatem assumentur.

Item quilibet Decanus tempore quo videbitur plus sibi expedire, visitet Bursas Suppositorum nostre Facultatis precipue Scolares hortando, ut abstineant a

noxijs, sed moribus et sciencijs vigilanter insudent: Priuilegia et Statuta Vniuersitatis simul et nostre Facultatis diligenter obseruent. Et si hoc neglexerit Decanus facere infra tempus sui Officij, penam quatuor florenorum incurrat fisco Facultatis soluendorum, quia eciam ad visitandum Bursas, ut prefertur, Statuto Vniuersitatis quilibet Decanus astringitur.

Item Decanus debet tota diligencia respicere, ut Festa, Misse, Sermones, Vigilie Defunctorum Facultatis deuote tempore et loco congruis peragantur; Disputaciones ordinarie et extraordinarie, Lecciones quotidiane Facultatis et exercicia Magistrorum in priuato cum scolaribus vtiliter fiant et continuentur ad profectum Scolarium et Magistrorum.

(Titulus IV.)

De modo deliberandi et congregandi Magistros Facultatis.

Attente considerantes, Quomodo prudenter statuit Mater nostra alma Vniuersitas, quod nec Rector congregacionem faciat Vniuersitatis Decanis aut Procuratoribus irrequisitis, Sic et nos vestigijs inclyte Matris nostre innitentes Statuimus, quod Decanus nullam faciat congregacionem Facultatis, nisi specialis casus et vrgens necessitas aliud exposcat, quando prius illorum quatuor Magistrorum sibi in adiutorium deputatorum per se uel per Bedellum consensum requirat et si duo vel tres ipsorum decreuerint fiendam esse congregacionem super punctis ipsis tunc propositis, congregacionem prosequatur. Nec aliquam penam Decanus audeat pro congregacione fienda apponere, nisi in ipsa maior pars concordauerit dictorum quatuor Magistrorum.

Fraudibus multifarijs toto nisu nostro meatus

obstruere cupientes, sciat Decanus, simul et aduertant sui adiutores, quod nolumus aliquam Congregacionem fieri Facultatis nostre, in qua mutetur vetus, aut nouum Statutum imponatur, aut certe cum aliquo membro Facultatis contra aliquod Statutum nostrum quoquo modo dispensetur, nisi super hoc expresso tota nostra Facultas more consueto et sub iuramento fuerit conuocata. Quidquid vero contra hoc actum fueri, sit nullum ipso facto.

Item Decanus non debet vexare Magistros multis congregacionibus, nec volumus, quod aliquo modo Lecciones Magistrorum prepediat, nisi forte euidens necessitas id exposcat. Nec volumus, aliquo modo fieri conuenticula particularia Magistrorum congregatorum per Decanum, nisi illud expresse in Statuto sibi fuerit permissum, nec in examine Baccallariorum aut alias quouis modo per Facultatem scienter pro aliquo expediendo sic disponatur. Sed Decanus per Iuramentum ad hoc sit obligatus, quocunque tempore congregacionem Facultatis est facturus, vocet per Bedellum, si Vnicus sit, omnes Magistros per Cedulam, in qua articuli sint inscripti, super quibus est deliberandum, nec super aliquo alio articulo, quam cedulo inscripto fiat deliberacio, nisi vrgens necessitas aut euidens Vtilitas Facultatis id exposcat.

Item concregata Facultate Decanus articulos per se et clare proponat, Sed in supplicacionibus aut Iniurijs alia persona, quam scilicet tangit, poterit proferre in medium et Decanus tunc singulariter et per omnes Magistros pacifice et moraliter inducat, voces diligenter attendat et iuxta pluralitatem votorum sine dolo et fraude in eadem congregacione concludat, nisi forte facultas ipsa propter vtilius conclusionem duxerit protelandum, et si in casu super aliquo articulo vota fuerint

emissa equalia numero, ex tunc in quam partem Decanus aut vices eius gerens declinauerit, hoc pro concluso habeatur. Tunc enim solummodo Decani et vices eius gerentis vota inter cetera computari volumus, cum ceterorum Magistrorum Facultatem representancium vota per equalitatem videntur discrepare. Videat eciam caute Decanus aut Ipsi substitutus, ne fauore uel odio, dolo aut fraude vota male recolligat. Nam scienter si hoc fecerit, Reatum periurij incurrat ipso facto.

Et quia inexperti de facili ad concedendum uel negandum sine racionabili causa consueuerunt, Moneri igitur statuimus, Quod nullatenus post Datam presencium in Magistrum promouendi hic in Vniuersitate aut alibi promoti ad nostram Facultatem assumendi in mere graciosis Factis vox aliqualiter inter ceteros Magistros computetur, nisi tunc primo, cum duos annos sui Magisterij compleuerit. Si quid tamen talis in graciosis dicere voluerit, cum racione debet audiri. Sed eciam super dictis suis s'abitur dictamini partis maioris aliorum Magistrorum. Caueat eciam Decanus aut locum eius tenens, ne fraudulenter graciosa proponat per modum rigorosi aut expedientis, sub pena deposicionis eius ab officio.

Item Vt liberius, purius et quietius sine adulacione aut timore quilibet Magistrorum valeat suam deliberacionem decenter exprimere, Statuimus, quod quilibet cuiuscunque status aut condicionis existat, cum in congregacione Facultatis Querelam proposuerit contra aliquem, et eciam ille contra quem aliquis conqueritur et omnis contra quem aliquid proponitur et similiter omnis supplicans pro se uel pro alio, super quibus fuerit deliberandum in Facultate, quam cito Querelam aut supplicacionem suam proposuerit, uel contra ipsum aliquid propositum fuerit, uel quicquam pecierit,

exeat seorsum stans a Facultate, Donec deliberacione facta Decano et ceteris Magistris placuerit ipsum reuocare. Nolumus tamen propter hoc aliquem de Magistris nostris super alijs articulis saltim premissis inpertinentibus, si qui tunc fuerint propositi, uel proponendi, voce sua aliquatenus spoliari.

Item Quocienscunque aliquis Magistrorum a Facultate uel saltem maiori parte ipsius electus uel deputatus fuerit ad aliquid faciendum, nunciandum uel exequendum, se solo uel cum alijs, nisi habuerit excusacionis sue legittimam causam a Facultate merito admittendam, ex tunc ipse deputatus uel electus, ut prefertur, honorem et onus dicti operis sibi iniuncti teneatur assumere et pro posse suo perficere. Alioquin ipso facto suspensus sit a congregacione et Consilio Facultatis, donec meruerit ipsius Graciam humiliatus obtinere, Aut certe contumacia ipsius exigente grauius puniatur.

Item Decanus non admittat aliquem ad deliberandum in congregacione Facultatis, nisi Magistros Arcium. Si tamen aliquos duxerit conuocandos pro consilio in Facultate, audiantur, sed eorum voces ad concludendum nequaquam computentur.

Item Nullus Magister in Congregacione Facultatis nostre admittatur ad deliberandum, nisi prius iurauerit publice coram Facultate, quod deliberabit fideliter ad honorem Dei et Facultatis Vtilitatem et honestatem super Articulis, quos contingit proponi et quod Consilia secreta Facultatis et quecunque Decanus mandauerit, non reuelare uel perpetue uel ad tempus iuxta facti qualitatem non reuelet. Nec prodat Magistrum aliquem precipue in odiosis et preiudicialibus directe uel indirecte verbo uel signo aut alias quouis modo, sic uel sic deliberantem propter inimicicias euitandas.

Item quocunque euentu contingat, Decanum non posse officium suum exercere, ex tunc statim Magister Regens senior simpliciter in Facultate sit Vicedecanus. Sed in prima congregacione Facultatis hoc proponat, Ita quod prudenter videatur, si opus fuerit, ut nouus Decanus eligatur, uel quis in locum Decani substituatur. Donec impedimenta Decani contingat remoueri.

Item si contingat, Decanum recedere a Ciuitate ad modicum tempus, tunc licitum sit sibi aliquem Magistrum substituere, qui alias eligi possit in Decanum, dummodo hoc fiat sine fraude et dolo, qui in anima Decani et super consciencia ipsius faciat omnia que ipse Decanus faceret, si ipse personaliter adesset, nisi forte corporaliter prestet illa Juramenta per se, ad que Decanus est obligatus. Si vero Decanus proposuerit esse a Ciuitate vltra octo dies, nullum substituat, nisi conuocata Facultate, et ibidem fiat prout maiori parti Facultatis videbitur expedire. Attamen si ita Decanus preoccupatus fuerit, quod non possit facere commode Congregacionem Facultatis, tunc faciat Senior Magister actu regens congregacionem Facultatis; Vltra duos Dies post recessum Decani a Ciuitate nullatenus scienter expectando.

Item Quocienscunque illi Quatuor Magistri Decano in Adiutorium deputati requirant Decanum uel ipsorum maior pars super aliquo certo articulo, Quociens faciat congregacionem Facultatis per Juramentum uel alia pena quacunque, ex tunc quam cito commode fieri poterit, congregacionem facere teneatur Decanus suum per Juramentum.

(Titulus V.)

Juramenta Decani.

Ad tollendum Scrupulum friuole suspicancium, quia Jurato fragilitas humana potius fidem adhibet, Statuimus et obseruare volumus inconfracte, Quod Decanus, cum electioni de se facte consenserit, iurabit in manus Decani precedentis et coram Facultate. Primo, Quod officium suum diligenter et fideliter exerceat, et quod pretextu sui Status seu Officij nihil scienter attemptet, quod aliquo modo vergere possit in preiudicium Facultatis Arcium aut ipsius Vniuersitatis.

Item iurabit, si contingat ipsum Decanum interesse examini pro aliquo gradu in artibus, eadem que et alij examinatores iurant, prout inferius describitur. Item Jurabit, quod infra Mensem immediate sequentem Diem Resignacionis sui Officij faciat racionem in presencia Magistrorum Facultatis aut per ipsos deputatorum de omnibus tempore sui Decanatus perceptis, et defalcatis defalcandis quicquid superfuerit, ipso Die computacionis presentabit nouo Decano, qui omnia illa cum sibi condeputatis deponat in Archa Facultatis, nec aliquando recipiat Decanus nouus Facultatis aut antiquus aliquam pecuniam de Archa sine consensu Facultatis.

(Titulus VI.)

De Vita et moribus scolarium Facultatis Arcium.

Non modicum differt sic uel sic assuesci a iuuentute, scilicet bene uel male. Bone etenim Indolis est se flectere secundum Doctrinam sui Preceptoris. Volumus igitur Facultatis Discipulos sicut et docemus, fore morigeratos, mansuetos et pacificos, et studiosos continuos et obedientes Magistris et suarum Bursarum

Rectoribus. In Leccionibus et Disputacionibus sine murmure, cachinno et sibilis et Vlulatibus: Sed more Virginum et constanter et modeste persistere a principio vsque ad finem. Idem Volumus in pronunciatura qualibet obseruari.

Item Vltra penas ab Vniuersitate imponendas constanter percipimus nostris discipulis et Scolaribus sub pena retardacionis a gradu et eieccione a Leccionibus, Quatenus incedant vestimentis decentibus et Clericalibus, non irreuerenter accurtatis uel partitis, nec incedant cum armis, ut eciam in Statutis Vniuersitatis ipsis est preceptum.

Item non visitent Scolas dimicatorum nec Tabernas publicas nec alia Loca suspecta, nec sint noctiuagi cum Instrumentis musicis et cantibus in Plateis et precipue illi qui in nostra Facultate voluerint ad aliquem gradum promoueri.

Item non proponimus in nostra Facultate ad aliquem gradum promoueri Scolares Brigosos, Luxuriosos, ebrios, Discolos, Noctiuagos, Fures, Lenocinantes aut alicui de nostris Magistris iniuriantes aut publice uel occulte quocunque modo detrahentes.

Item ut Scolares stringantur maiori nexu concordie, ne Litibus a Studio suo propter quod hic sunt, distrahantur, nolumus quod aliqui Scolares nostre Facultatis stent in aliqua Bursa saltem plures quam quatuor, nisi habeant secum aliquem Magistrum aut discretum Baccallarium nostre Facultatis, cui tanquam Rectori Burse teneantur obedire, nisi paupertas, uel specialis honestas aliud quid exposcat, quod a Decano cum sibi quatuor condeputatis Magistris est discernendum.

Item nullus Scolarium rumpat aut deponat Cedulas Magistrorum, quibus intimantur Lecciones, Dis-

putaciones, et alij actus Scolastici, Alioquin puniatur per retardacionem a gradibus, eciamsi alias dignus fuerit, aut alio modo congruenti.

Item omnibus modis prohibemus Scolaribus nostris, ne scribant aut in publicum ponant Cedulas diffamatorias contra Facultatem, Magistros, Baccallarios aut eciam alios cuiuscunque Condicionis existant, Tales namque ad gradum aliquem nequaquam promoueremus et cum adiutorio Rectoris vtique adhuc grauius puniremus.

Item idem volumus de illis similiter, qui maculant Scolas signis et figuris turpibus et dehonestant, firmiter obseruare.

Item Dignus quia est Mercennarius sua mercede, Igitur volumus et Statuimus, Quod Scolares audientes aliquem de Magistris uel Baccallarijs in Scolis, quod illum honeste et liberaliter expediant de collecta ante finem tocius Libri, quem tunc legit. Alioquin a Facultate ad nullum gradum admittantur. Vere tamen pauperes illo permittimus gaudere priuilegio, quod non possint spoliari non possessis.

Item nullus Scolarium nostre Facultatis se erigat de tanto, quod presumat se locare super Magistros nostre Facultatis in aliquo actu publico eciam tocius Vniuersitatis, scilicet in Sermonibus, Leccionibus, Disputacionibus et alijs consimilibus, cuiuscunque Facultatis talis actus fuerit, nisi Dignitas Persone, uel sui Officij Status id exposcat.

(Titulus VII.)

De Promouendis ad Gradum Baccallariatus.

Primo Statuimus, Quod Promouendus ad gradum Baccallariatus in Artibus debet stetisse studendo in aliqua Vniuersitate Studij Generalis. Ita

quod hic in Vniuersitate uel alia, aut hic et alia Vniuersitate insimul vtique Biennium compleuerit.

Item talis debet audiuisse vbicunque complete et sine dolo Libros infrascriptos: Primam et secundam partem Doctrinalis, Secundam partem Grecismi, Vnum librum in Rhetorica. Item in scolis publicis alicuius Vniuersitatis, in qua pro tunc fuerint ad minus tres Magistri Arcium regentes, debet audiuisse Summulas Petri Hyspani, Supposiciones, Ampliaciones et Appellaciones, Obligaciones, Insolubilia, consequencias, Veterem artem, Priorum, Posteriorum, Elencorum, Physicorum, De Anima, Spheram, Algarismum, Primum librum Euclidis, aut alios libros equiualentes.

Item talis debet in Disputacionibus publicis Magistrorum Sexies respondisse, ita tamen, quod ad minus ter responderit ordinarie, eciam quociensecunque responderit extraordinarie.

Item talis debet stetisse particulariter in exercicijs et a principio vsque ad finem continuasse diligenter in Questionibus omnibus et consuetis scilicet Philosophorum, Veteris Artis atque priorum, nisi in quibusdam certis defectibus paruis Facultas duxerit dispensandum ex causis racionabilibus, quod tamen rarissime fieri permittimus.

Item nullus promoueatur, nisi prius Matricule Vniuersitatis fuerit inscriptus.

(Titulus VIII.)

De Modo examinandi et faciendi Baccallarios.

In Quatuor Temporibus cum Facultate tota super hoc congregata per Decanum eligantur Quatuor Magistri ydonei, quorum quilibet ad minus sit Magister duorum Annorum de quatuor Nacionibus, Dummodo quelibet Nacio plures tales Magistros habeat et qui esse

velint. Alioquin eligi eciam iuniores possunt in examinatores Scolarium pro gradu Baccallariatus et prefati Scolares examinentur ab eis diligenter in his que pertinent ad talem gradum. Ita quod non nimis diu stent cum eis in vna materia, sed successiue vadant per Libros supradictos non nimis laxe nec nimis rigorose tangendo puncta principalia.

Item quicunque Scolares ab eisdem quatuor examinatoribus Vna cum Decano qui pro tempore fuerit, Quia ipsum volumus ex officio semper interesse examini Baccallariorum, reperti fuerint ydonei ad talem gradum aut per maiorem partem eorundum iudicati fuerint sufficientes, Si vero Duo ad vnam partem declinauerint et duo ad oppositum, Quibus duobus Decanus consenserit secundum suam consciencíam, illis pro tunc fides adhibeatur, Tales scolares per omnes Examinatores quatuor in facultate ad hoc congregata concorditer sine scrupulo consciencie Decano presententur. Si vero Decanus tunc non poterit fore presens, presententur illi qui pro tunc locum Decani obtinet iuxta modum in Titulo de Vicedecano superius expressatum. Qui quidem Decanus uel eius locumtenens eos in Facultate habeat acceptare et approbare, nisi aliquod Canonicum obsistat. Super quo Magistros tunc presentes requirat et faciat prout ipsis videatur expedire, uel saltem maiori parti. Et si (quod absit) quia honorem omnium nostrorum cupimus et quantum possumus volumus conseruare, aliquis Magistrorum uel eciam aliorum quidquid habuerint contra aliquem ad Gradum Baccallariatus uel Licencie uel eciam Magisterij promouendum, propter quod merito deberet in promocione sua retardari ad tempus uel forsan simpliciter impediri; Si quidem hoc ciuile fuerit, proponatur coram Magistris in congregacione Facultatis et quilibet

eorum conquerens scilicet et paciens debet stare super hoc Dictamini Facultatis. Si vero, quod non speramus, criminale fuerit, facultas eligat quodad hoc audiendum et discuciendum quatuor Prouectos, discretos et honestos Magistros, Qui secundum Deum et iusticiam prouide discernant et referant Facultati dumtaxat generaliter, an talis sit promouendus uel non, et ipsorum quatuor uel eciam trium ipsorum stabitur dictamini.

Item quilibet Examinatorum, postquam in Facultate approbatus fuerit, debet immediate infra Quartale anni publice determinare et solemniter (et interim uolumus ipsum in loco et ordine suo per aliquem alium preueniri) sub aliquo de Magistris nostre Facultatis vnam Questionem, Sed liber sit sub quo Magistro velit determinare. Immo si quis Magistrorum quempiam per se uel per alium induceret minis, blandimentis uel quibuscunque alijs sponsionibus; ille quidem Magister ipso facto sit suspensus a promouendo quenquam ad gradus quoscunque per Vnum annum, et si contumaciter se talibus ingesserit, Anno illo currente a Facultate est excludendus, donec a tota Facultate veniam mereatur, quam delusit.

Si Vero dictus examinatus infra Tempus sibi deputatum non determinauerit, ut prefertur, ex tunc de sequentibus examinibus aliorum Quatuor Temporum, quotquot infra tempus eciam ipsis deputatum determinauerint, debent ipsi Loco et ordine Baccallariorum anteferri. Idem volumus de Baccallarijs aliarum Vniuersitatum hic receptis obseruari.

Item Determinans iam, ut prefertur, honoret Magistrum suum, sub quo procedit, si Facultas suppetat ipsius, cum clenodio Vnius Floreni. Pauperes vero gaudeant priuilegio Libertatis, qui vellent, si possent. In aliqualem tamen recompensam Magister pre-

sidens faciat collacionem recommendando ipsum determinantem et ad alciora sapiencie culmina ipsum exhortetur.

(Titulus IX.)

De Juramento Examinatorum Magistrorum pro Baccallariandis deputatorum.

Decanus Facultatis nostre similiter et alij quatuor Magistri Examinatores Baccallariandorum iurare debent coram Facultate Arcium statim cum electi fuerint. Primo quod fideliter examinabunt Baccallariandos, ita quod non contingat per eorum torporem aut negligenciam dignos repelli et ad talem gradum indignos admitti.

Item, quod a Bacc.dis sub pena periurij nihil recipiant directe uel indirecte aut quocunque modo aliquid extorqueant ab ipsis, nec aliquem fauore indebito promoueant, aut odio repellant. Sed pensatis diligenter Sciencia et moribus secundum eorum consciencias dignos admittant et indignos repellant et secundum merita personarum, que in his quatuor precipue attendi volumus, scilicet sciencia, moribus, eloquencia et spe proficiendi, ponant in ordine et Locis examinatos et admissos.

(Titulus X.)

Juramenta Baccallariandorum.

Nullus admittatur intrare examen pro gradu Baccallariatus, nisi prius iurauerit in manus Decani uel eius Locumtenentis et coram tota Facultate, se audiuisse libros premissos, et stetisse in exercicijs, ut prefertur, et quod tociens responderit et steterit in Studio generali tanto tempore, ut premissum est.

Item, cum intrat conclaue, iurabit Decano et

examinatoribus, quod nec verbo nec facto se velit vindicare per se uel per alios directe uel indirecte uel quomodolibet aliter, si non fuerit acceptatus uel locatus seu ordinatus aliter, quam forte ipsi placuerit.

Item, quod non reuelent secreta Camere, precipue illa, que precipiuntur ipsis per Decanum uel examinatores non reuelanda, et quod non prodant Magistros sic uel sic arguentes aut aliquantulum acerbe ipsos alloquentes, et socios suos forte male pro tempore respondentes.

Item examinati, cum admissi fuerint in Facultatem, iurabunt in manus Decani, quod pro posse ipsorum obseruabunt Priuilegia, Libertates, Statuta et Ordinaciones Vniuersitatis et Facultatis Arcium, et quod debitam Reuerenciam, obedienciam et honorem deferant Decano et Magistris istius Studij Facultati Arcium incorporatis, atque bonum et incrementum bonorum studeant Vniuersitatis et Facultatis procurare, ad quemcunque Statum ipsos contingat peruenire, quodque ad congregacionem Decani Facultatis veniant, quociens pro bono Facultatis ipsos duxerit conuocandos.

Item iurabunt, quod hic in Facultate velint determinare et non in alia Vniuersitate capere Gradum Baccallariatus in Artibus. Quod si aliquis ipsorum fecerit, Periurium incurrat ipso facto.

Item talis iurabit, quod ante determinacionem suam prouidebit sibi de habitu proprio et competenti, prout decet habere Baccallarium, nisi causa paupertatis per Facultatem super hoc vsque ad pinguiorem fortunam secum fuerit dispensatum.

Item Iurabit in presencia Facultatis talis Baccallariandus, quod interim quod fuerit Baccallarius, non Vtetur publice hic in Vniuersitate aliquo capucio aut epitogio aut taphardo foderato cum pellibus de vario aut

panno serico, nisi per Facultatem Arcium secum super hoc fuerit dispensatum. Nolumus tamen Nobilibus uel Prelatis in hoc statuto preiudicari. Cum vero fiat Magister in Artibus uel Doctor in quacunque Facultate, amplius eciam sine dispensacione vtatur vestibus talibus, prout sibi placuerit secundum decenciam sui Status.

Item antequam admittatur Baccallariandus ad determinandum, soluat Facultati Arcium Vnum Florenum presentandum Decano aut Receptori Facultatis.

Item idem soluat triginta duos Denarios Wiennen. Pedello. Hortamur tamen omnes quod largius Pedello prouideant. Pauperes vero nec Facultati nec Pedello in aliquo obligantur. Promittant tamen, quod si forte pinguior fortuna arriserit ipsis, quod soluant omnia, ut prefertur.

(Titulus XI.)

De Juramentis in publico per Baccallariandum Quando Questionem suam determinat.

Item Baccallariandus cum voluerit iam Questionem suam determinare, debet prius iurare in publico hec que secuntur ipsi pronunciante Bedello.

Primo quod peramplius velit esse obediens Rectori Vniuersitatis et Decano totique Facultati Arcium in licitis et honestis.

Item, Quod pro posse suo procurabit bonum Vniuersitatis et Facultatis Arcium, ad quemcunque Statum ipsum contingat peruenire.

Item, quod istum Gradum in nulla Vniuersitate alia resumat.

Item, quod per spacium Vnius Anni hic in Facultute arcium legat, nisi super hoc secum per eandem Facultatem fuerit dispensatum.

(Titulus XII.)

Ad ista tenetur Baccallarius hic promotus.

Baccallarij iam promoti tenentur hic in Vniuersitate legere et studere, Lecciones Magistrorum visitare post promocionem suam ad minus per Vnum annum.

Item per totum annum primum debent visitare Disputaciones Magistrorum tam Ordinarias quam extraordinarias et ibidem venire in principio Disputacionis et vsque ad finem permanere, nisi legittima Causa ipsorum aliquem excusauerit, quam debet Decano Facultatis exponere. Alioquin pro qualibet disputacione neglecta soluat penam Vnius grossi, quam si soluere noluerit, aut alias contumaciter circa premissa se habuerit, grauius puniatur secundum Dictamen Facultatis.

Item per primum annum teneatur quilibet talis quottidie, si Dies feriata non fuerit, audire Leccionem in Scolis publicis Facultatis arcium Vnius Magistri.

Item Quilibet Baccallarius nouellus pro exercicio suo proprio et Scolarium teneatur in Quadragesima proxima post Diem determinacionis eius disputare bis in qualibet Septimana Quadrageeime, preterquam in vltima, quia tunc sunt Vacaciones eciam Vniuersitatis. Ita quod quilibet debet complere decem disputaciones, et in qualibet disputabit vnam questionem Logicalem aut Naturalem et vnum Sophisma aut duo ad maius. Quibus assignamus quottidie tamen duas horas, Vnam immediate ante Cenam et vnam immediate post Cenam. Quas quidem horas quottidie nolumus Leccionibus, exercicijs nec alijs actibus Scolasticis per aliquem Magistrum aut Baccallarium Seniorem occupari, nisi forte in Disputacione ordinaria sic contingat ipsos impediri.

Item Statuimus quod nullus Baccallariorum qui-

cunque eciam fuerit, legat in Scolis publicis Facultatis Arcium, disputet aut alicui Magistro respondeat, nisi in habitu gradum ipsius concernente.

Item volumus quod in Actibus publicis Scolasticis Baccallarij pro tunc habituati precedant non habituatos, quamuis fuerint seniores ipsis in gradibus suis.

Item volumus in Processionibus Vniuersitatis aut Facultatis obseruari. Alias in omnibus premissis debent ordine et Locis suis in Scolis et alibi collocari.

Item Volumus, quod omnes Baccallarij eciam quantumcunque senes in Baccallariatu Si voluerint aut pretendant ad Licenciam promoueri aliquando in futuro in artibus, teneantur ad visitandum disputaciones magistrales ordinarias et in quodlibetis sub pena qualibet vice Vnius grossi, sicut expressum est superius in Statuto de nouellis Baccallarijs hic promotis.

Item Statuimus quod Decanus nostre Facultatis prudenter inuigilet, ut premissa omnia maneant inconcussa sub pena Deposicionis ab Officio, quodque cum nullo dispenset super pena soluenda, nisi legittima causa ipsum excuset. Sed ab omnibus indifferenter capiat penam cuius medietas sit Decani. Reliqua vero medietas fisco Facultatis accrescat.

Quamuis Diuinum Officium sicut non debemus, ita nolumus perturbare, tamen sanius reputamus, quod nostri Scolares simul et Baccallarij eciam Diebus festiuis visitent Scolas quam Tabernas, dimicent disputando lingua quam gladio. Ergo Baccallarij nostre Facultatis disputent, legant gratis et propter Deum computos et alia mathematicalia, precipue tamen Ecclesie Catholice deseruiencia Diebus festiuis post prandium, Maioribus tamen Festis exceptis, Quibus omnes volumus et precipimus festiuare.

(T i t u l u s XIII).

De Baccallarijs Arcium alterius Vniuersitatis.

B a c c a l l a r i u s vero alterius Vniuersitatis petens hic pro Baccallario ad Facultatem Arcium recipi, priusquam ad aliquem actum Scolasticum hic admittatur, Matricule Vniuersitatis sit inscriptus et iuratus et probet per Juramentum suum proprium uel per testes ydoneos, aut probet per Literas patentes sue Vniuersitatis aut Facultatis Titulum sui gradus.

I t e m talis debet respondere bis ordinarie in Disputacione Magistrali, semel scilicet in Logica et semel in Philosophia naturali et post hoc petere in Congregacione Facultatis humiliter, Quatenus Magistri ipsum dignentur assumere, et si nihil legittimum obstiterit assumatur.

I t e m Talis cum fuerit assumptus, si fuerit in primo anno sue promocionis, obligabitur nostre Facultati ad omnia talia iuramenta et actus ad que Baccallarius nouellus, scilicet primi anni, obligatur nostre Facultatis. Si vero annum primum in sua Vniuersitate et actus ibidem sibi iniunctos compleuerit, de quo tamen facultatem nostram sufficienter certificabit prius, tunc obligetur recte, sicut nostri Baccallarij, qui primum annum cum sibi iniunctis peregerint, sicut superius de ipsis est expressum.

I t e m talis erit Vltimus loco et ordine inter Baccallarios nostre Facultatis et si fuerint aliqui examinati et admissi pro gradu Baccallariatus, si tales determinauerint infra Quartale ipsis concessum, Loca sua propter ipsum non amittant.

I t e m talis soluat Vnum florenum Facultati et triginta duos Denarios Bedello, nisi pauper fuerit, tunc fiat secum, sicut de nostris est expressum.

(Titulus XIV.)

De Baccallarijs presentandis ad Licenciam in Artibus.

Cum qui legittime certauerit, debeat coronari, nostros agonizantes, quos toto anno probamus tanquam aurum in Fornace, volumus, quantum in nobis est, ad coronam quam optauerint promouere. Statuimus igitur et ita semper volumus obseruare, quod omni anno semel dumtaxat scilicet post Festum Circumcisionis Domini nostri Jesu Christi, quam cito commode fieri poterit, Decanus Facultatis Arcium publicet per Scolas Facultatis et alibi Vbi visum fuerit expediens, per Bedellum, ut Baccallarij volentes presentari Domino Cancellario huius alme Vniueruitatis ad temptamen pro Licencia in Artibus, veniant aliqua certa hora et primo presentent se Facultati. Ad quam quidem horam omnes Magistri debent conuocari sub aliqua pena et maxime non contradicendi, ut iudicent et videant, qui et quales presententur ita ut sit ad laudem Dei Facultatisque ad honorem.

Sint igitur Magistri prouidi, oculati et circumspecti, ne aliquos presentent ad honoris Titulum, ex quibus Verisimiliter presumatur scandalum in Facultate aut forte tota Vniuersitate posse generari. Infamibus enim et indignis quis aperiet portas Dignitatum. Quare ordinamus, quod nemo de Magistris nostre Facultatis aliquem inhabilem uel infamem uel cui aliquod legittimum impedimentum obstiterit, ex predictis uel alijs criminibus, ad examen licencie promoueat uel pro ipso presentando deponat. Videant tamen singuli Magistri et Baccallarij simul et Scolares seu alij quicunque, ne quis ipsorum gratis infamet aut accuset quemquam predictorum in illis, que probari non pos-

sunt, aut quomodolibet ordinet, ut in promocione sua quouismodo impediatur friuole et sine causa, quia cum compertum fuerit, penam a facultate nostra imponi consuetam vnam eciam de maioribus vtique non euadet.

Item Baccallarius presentandus pro Licencia in Artibus ad temptamen debet audiuisse omnes Libros spectantes ad gradum Baccallariatus in Artibus modo et forma expressis in statuto de promouendis ad gradum Baccallariatus, quod incipit: „Item talis debet audiuisse," et Vltra illos eciam debet audiuisse in aliquibus Scolis publicis alicuius Vniuersitatis, in qua pro tunc fuerint ad minus tres Magistri regentes in Artibus, Libros infrascriptos. De Celo et mundo. De Generacione et Corrupcione. Meteora. Parua Naturalia communiter legi consueta. Theoricas Planetarum. Quinque Libros Euclidis. Perspectiuam communem. Aliquem Tractatum de Proporcionibus, et aliquem de Latidudinibus formarum. Aliquem librum de Musica et aliquem in Arithmetica. Sex libros Ethicorum, Metaphysicam et Topicorum.

Item talis debet sexies respondisse in Disputacionibus Magistralibus ita tamen, quod ter ad minus responderit ordinarie post promocionem suam ad Gradum Baccallariatus in Artibus.

Item nullus presentetur ad Licenciam, nisi hic in Vniuersitate steterit per annum studendo in Artibus postquam fuerit promotus in Baccallarium.

Item Presentandus eciam debet stetisse in aliqua Vniuersitate cum Magistris in exercicijs particularibus. In Questionibus Veteris artis consuetis disputari communiter Priorum et Posteriorum, Physicorum, de Generacione, de Anima et Questionibus quinque Librorum Ethicorum Aristotelis, nisi in illo Statuto et alio pre-

cedenti ob insignia merita Facultas duxerit graciosius agendum.

Item nullus illegittimus aut non de legittimo thoro natus aut Seruus aut Libertus aut publice infamis presentetur ad Licenciam in Artibus.

Item nullus presentetur, qui pertinaciter transgeditur Statuta Facultatis aut eciam pertinaciter defendit oppositum alicuius Statuti Facultatis aut eciam Vniuersitatis.

Item nullus presentetur, nisi prius constiterit, ipsum esse membrum iuratum et in matricula Vniuersitatis more consueto registratum.

Item de omnibus predictis requisitis ad presentandum aliquem pro Licencia in Artibus videlicet de Libris, exercicijs, tempore et alijs Actibus scolasticis superius expressis quilibet talis presentandus faciat fidem mediante suo Juramento coram Decano et alijs Magistris in congregacione tocius Facultatis. Et tunc demum qui per Facultatem admissi fuerint, Domino Cancellario aut quoad hoc plene eius locum tenenti cum reuerencia debita presententur. Et procedatur in omnibus secundum tenorem Bulle Apostolice scilicet Domini Vrbani Pape Quinti de modo examinis graduandorum in Artibus et alijs Sciencijs mencionem facientis.

Item Presentati ad Licenciam cum primo intrant Temptamen, iurabunt eadem que iurant examinandi pro Gradu Baccallariatus cum intrant conclaue, ut superius est expressum.

(Titulus XV.)

Juramenta Examinandorum pro Licencia in Artibus.

Item Baccallarij presentandi per Facultatem Arcium pro Licencia in eisdem iurabunt, quod non sub-

mittant se pro eadem Licencia obtinenda Temptamini uel examini alicuius Magistri Facultati Arcium Studij huius ordinate secundum Statuta eiusdem ab Vniuersitate approbata non incorporati et Vniti, Nisi Dominus Cancellarius, eciamsi contingat ipsum non existere Magistrnm in Artibus, quem non intendimus limitare per se ipsum, aliquem voluerit examinare.

(Titulus XVI.)

De Examinatoribus Licenciandornm in Artibus et Juramentis eorum.

Examinatoribus Licenciandorum per habentem potestatem et autoritatem rite deputatis precipimus omnibus Magistris nostris sub pena periurij et reieccionis perpetue a nostra Facultate, ne aliquis ipsorum intromittat se de temptando uel examinando aliquem pro Gradu Licencie in Artibus, nisi ipse examinandus modo prius expresso per Facultatem fuerit presentatus. Et nisi ipsemet Examinator prius coram Decano et Facultate ad hoc specialiter congregata iurauerit expresse que sequuntur.

Primo, quod nec per se nec per alium directe aut indirecte laborauerit ad hoc, ut ipse in examinatorem eligeretur aut quomodolibet caperetur, sicut eciam de hoc cautum est de Officijs in Statutis Vniuersitatis.

Item Examinator quilibet Licenciandorum iurabit ibidem omnia illa, que Jurare consueuerant examinatores Baccallariandorum, ut superius est premissum. Et si que alia occurrerint notabiliter iuranda secundum disposicionem Facultatis.

(Titulus XVII.)

Juramenta Licenciandorum in publico.

Item Examinati et ydonei reperti ad Licenciam tempore Licencie et antequam ipsis Licencia in Artibus largiatur, iurabunt coram omnibus ibidem existentibus et publice ea que secuntur.

Primo, quod Cancellario et Cancellarie huius Vniuersitatis Reuerenciam et honorem deferetis condecenter.

Item, quod seruabitis Pacem et Tranquillitatem Vniuersitatis et Vnionem inter quatuor Facultates et Naciones et inter Religiosos et Seculares.

Item, quod Gradum Licencie in Artibus alibi non reiteretis.

Item, quod Insignia Magistralia in Artibus in nulla alia Vniuersitate recipiatis.

Item, quod si contingat aliquem Vestrum determinare uel respondere in materia tangente Veritates Fidei, ut de creacione uel Mundi eternitate uel huiusmodi, partem Fidei tenebitis et contrarias Raciones pro posse dissoluetis.

Item, quod etatem Viginti Vnius annorum compleueritis.

Item, quod si contingat Vos recipere Insignia Magistralia in Facultate Arcium, non expendetis in Festo Vestro vltra tria milia Turonensium argenteorum iuxta determinacionem Consilij Viennensis.

(Titulus XVIII.)

De Licenciatis Volentibus incipere in Artibus.

Item Licenciatus in Artibus debet hic in Vniuersitate infra Annum primum continue sequentem Diem Licencie sue incipere in Artibus solempniter sub

aliquo Magistrorum nostre Facultatis, Infra quem quidem Annum nolumus ipsum per quemquam Magistrum aut Licenciatum ad nostram Facultatem assumendum in loco et ordine suo preueniri. Sed si non inceperit infra eundem annum, ex tunc quicunque Magister ante ipsum fuerit receptus ad nostram Facultatem, debet per amplius eidem loco et ordine preferri Magistrorum.

Licenciatus Volens incipere in Artibus, antequam ad sui gradus complecionem admittatur, debet supplicare in Facultate descripta superius in Titulo De Officio Decani ad hoc specialiter congregata, ut admittatur. Et nisi aliquod Canonicum ei obstiterit, debet graciose admitti; Si vero quisquam habuerit aliquid contra eum, quare merito debeat repelli uel forte in gradu suo aliquantulum retardari, Proponat hoc coram tota Facutate et stet Dictamini eius iuxta tenorem tamen prius expressum in Statuto de Baccallariandis quod incipit „Et si quod absit" etc.

Item Magistrandus in presencia Facultatis iurabit in manus Decani, quod pro posse suo obseruabit Priuilegia, Libertates et cetera ut de Baccallariandis est expressum in Statuto, quod incipit „Item Examinati."

Incepturus in Artibus, antequam incipere permittatur, soluat Facultati Arcium duos Florenos aut faciat sufficientem Caucionem de soluendo Receptori Facultatis, et Bedello Facultatis sexaginta Denarios Wiennen., cum inceperit, et si potuerit commode in pluri, Bedello succurat secundum ipsius honestatem. Si vero pauper fuerit, gaudeat suo Priuilegio, quia non dat, quod non habet. Attamen petat in Facultate et promittat soluere cum potuerit et tunc dispensabitur cum ipso vsque ad fortunam pinguiorem.

Incepturus Licenciatus in Artibus liber sit omnino ad incipiendum sub quocunque Magistrorum

nostre Facultatis Studij Wienn. Et si quisquam Magistrorum aliquem talem induxerit ad incipiendum sub eo minis, blandimentis et cet., puniatur sicut superius dictum est de Baccallariandis in Statuto quod incipit „Item quilibet Examinatorum."

Incipiens in Artibus honoret Magistrum suum sub quo voluerit incipere ante incepcionem uel in Kathedra, quando cyrothece distribuuntur, cum clenodio duorum florenorum. Loco cuius si placuerit, poterit duos Florenos presentare. Ad Conuiuium quidem nullum volumus coartare. Sed si habens fuerit, faciat ad sui ipsius decenciam et honestatem.

Magister Vero presidens faciat recommendacionem solemnem ad honorem nouiter magistrandi. Et nolumus, Imo sub pena maiori quam imponere possumus simpliciter prohibemus, ne in tali recommendacione aliqua proponantur, ex quo scandalum possit generari precipue, quod Magistros aut alios aliarum quarumcunque Facultatum posset offendere aut ledere pias aures.

Volumus eciam nouum nostrum Tyronem sic vestiri ab extra, ut eciam ab inspicientibus sufficienter presumatur Sciencia et Virtutibus ad intra habituatus et vestitus. Quare hortamur quemlibet de nouo incipientem, Quatenus, si assit sibi aliqualiter Rerum exteriorum copia, prouideat sibi de Tabhardo seu Epitogio Magistrali proprio nouo Serico pro estate aut Vario pro hyeme foderato. De Capucio faciat, sicut sibi placuerit, ad minus tamen incipiat in habitu suo proprio et non alieno et si quis se in hoc granatum senserit, exprimat hoc coram Facultate.

(Titulus XIX.)

De Juramentis Incipiencium cum ascendunt Cathedram.

Primo iurabit Incipiens in Artibus, quod bonum Vniuersitatis et Facultatis Arcium huius Studij pro posse suo procurabit ad quemcunque Statum ipsum contingat peruenire.

Item, Quod peramplius velit obediens esse Vniuersitati et Facultati Arcium in licitis et honestis.

Item, quod gradum Magisterij in Artibus in nulla alia Vniuersitate resumat.

Item, quod per spacium duorum annorum hic legat in Artibus, nisi per Facultatem Arcium super hoc secum fuerit dispensatum.

(Titulus XX.)

De nouellis Magistris in Artibus.

Ad sui ipsius erudicionem et profectum Scolarium nec non Vniuersitatis et nostre Facultatis incrementum Nouellus Magister debet stare hic in Vniuersitate et in nostra Facultate Arcium post promocionem suam immediate sequentes integre per duos annos et legere et regere in Artibus et infra illos duos annos disputare octo vicibus more Magistrali, sed extraordinarie et precipue illis diebus, quibus Magistri nostri legere non consueuerunt, et antequam illas octo disputaciones compleuerit, ad disputandum de quolibet aut eciam ordinarie non permittatur.

Idem quoque Magister per annum primum sue promocionis debet visitare cum habitu suo omnes disputaciones ordinarias Magistrorum, sub pena eadem et forma qua nostri Baccallarij eandem Disputacionem ordinariam tenentur visitare. Disputaciones vero extra-

ordinarias ita diligenter visitet, sicut a suis condisputantibus cupit vicissim honorari.

Item cum nouellus Magister primo intrat Congregacionem et Consilium Facultatis, antequam permittatur habere vocem in Facultate, iurabit, quod celanda et secreta, precipue que mandantur per Decanum non reuelanda ad tempus uel in perpetuum, non reuelet iuxta Mandati uel eciam facti qualitatem nec aliquem Magistrum sic uel sic deliberantem precipue in odiosis et preiudicialibus prodat Verbo uel facto, quod si fecerit, tanquam periurus et infamis a Facultate excludatur.

Item Talis iurabit ibidem, quod fideliter deliberabit ad honorem Dei et Facultatis Vtilitatem, prout sua consciencia sibi dictauerit, modeste et quiete, nec faciat parcialitates nec perturbaciones clamorosas uel occultas, quantum in eo est. Sed Magistros tam senes quam Juuenes pacifice audiat et si Voluerit uel forte debuerit in consilio respondere Decano uel alteri Magistro, hoc faciat sine strepitu et rancore. Et quam cito Decanus uel eius Locumtenens ipsi silencium imposuerit, quod tunc taceat. Supplicare tamen potest, quod amplius pro necessitate sua loquendo pacifice audiatur. Et quisquis in premissis rebellis fuerit repertus, excludatur a Consilio Facultatis, quamdiu Decano et alijs Magistris quatuor ipsi in adiutorium datis visum fuerit, quod sit emendatus, aut a tota Facultate graciam meruerit se taliter humiliando in eo quo deliquit, ut videatur emendatus.

Item quilibet nouus Magister iurabit ut supra, quod reuerenter tractabit Decanum Facultatis, qui pro tempore fuerit et alios Magistros seniores se in Facultate, quodque obediat Decano in hijs, que spectant ad Facultatem.

(T i t u l u s XXI.)

De Magistris aliarum Vniuersitatum.

B o n u m q u a n t o communius tanto melius, ergo omnes probos et honestos ad nostram Facultatem insimul et fraternitatem colligere cupientes Statuimus quod omnes Magistri Arcium precipue solemnium Vniuersitatum, nisi aliud Canonicum absit, capiantur ad Facultatem. Quare nullus Magister in Artibus uel Baccallarius, cuiuscunque alterius Vniuersitatis fuerit, antequam ad nostram Facultatem assumatur, aliquem actum Scolasticum in Artibus hic in Vniuersitate permittatur exercere, nisi prius ut subsequitur, hoc petat et obtineat in Facultate. Nec volumus, imo nolumus, quod aliquis Baccallariorum uel Scolarium nostrorum audiat Lecciones uel visitet exercicia uel alios actus Scolasticos in artibus alicuius Magistri, qui non sit debite Vnitus nostre Facultati et incorporatus secundum Statuta nostra de hoc disponencia per Facultatem approbata. Nec tales actus ipsius Vniuersitatis aliquatenus conferant quoad gradus suos obtinendos, imo et puniri debent per Facultatem.

P r i m o quidem igitur pro utili Exercicio Magistrorum et Scolarium et aliqualem noticiam magistrorum de nouo superueniencium Statuimus, quod antequam aliquis talium ad aliquem actum faciendum in nostra Facultate admittatur, probet per sufficiens testimonium aut per Literas patentes sue Vniuersitatis aut Facultatis aut per Juramentum proprium, si ex condicione et qualitate persone Facultati aparuerit, quod merito fides ipsi fuerit adhibenda, se fore magistratum in Artibus ut proponit. Quo probato et antequam recipiatur ad Collegium Magistrorum Facultatis, debet in Kathedra Magistrali nostre Scole determinare

vnam questionem solempniter in Artibus et determinacione sua facta debet audire Decanum arguentem sibi, et respondere illi ad vnam Instanciam dumtaxat cum duabus replicacionibus uel pluribus, si placuerit, et sic similiter et communiter respondeat cuilibet Magistrorum tunc presencium. Precipimus autem Magistris nostris, quod ad determinantem se habeant reuerenter et honeste, sicut decet in Scolis Doctrine et Philosophorum.

Item talis nequaquam recipiatur nec ad aliquem actum Scolasticum in Artibus hic admittatur, nisi prius docuerit, se iurasse Rectori ac ascriptum matricule Vniuersitatis huius scilicet Wiennen. et tunc demum si Facultati visum fuerit expediens et honestum recipiatur. Et si aliquis quidquam ipsi opposuerit, stabit dictamini Facultatis modo et formis superius expressis in Statuto quodam de Bacallariandis quod ncipit „Et si quod absit etc.."

Item talis soluat Facultati Arcium duos florenos sicut Magistri, qui hic promouentur, et Bedello sexaginta Denarios, nisi propter paupertatem Facultas duxerit secum dispensandum vsque ad fortunam piugniorem, promittat tamen soluere, cum sibi talis arriserit.

Item talis in presencia Facultatis in manus Decani Jurabit de obseruacione Statutorum et Priuilegiorum sicuti expressum est in Statuto de Juramento Baccallariandorum, quod incipit „Item Examinati cum admissi." etc.

Item talis iurabit expresse omnia illa, que solent iurare Magistri nostri nouelli cum primo intrant Consilium Facultatis ut superius est expressum in Statuto, quod incipit „Item cum nouellus Magister" etc.

Item Magister alterius Vniuersitatis, cum iam assumptus fuerit, teneatur quater disputare extraordinarie et antequam tales Disputaciones compleuerit, non

disputabit ordinarie. Eciam hic debet in Facultate Arcium legere per duos annos, sicuti nostri Magistri nouelli, nisi doceat ad minus proprio Juramento, Quomodo disputaciones consimiles in alia Vniuersitate compleuerit et tanto tempore eciam legerit, super quo Facultas nostra tamen secum potest dispensare.

Item talis inter Magistros nostre Facultatis habeat finalem locum. Si tamen magne honestatis fuerit, Magistri nostri saltem in actibus publicis, ut illos precedat, si placet, eum honorare possunt. Eciam propter assumpcionem ipsius nostris Licenciatis, dummodo tempore ipsis per Facultatem deputato recipiant more solito Insignia sua magistralia, nolumus quoad ipsorum loca in aliquo preiudicium generari.

Ista namque Statuta de Baccallarijs et Magistris hic promotis et ex alijs Vniuersitatibus ad nostram Facultatem assumendis ita inconfracte proponimus obseruare. Quod si aliquis hic in Vniuersitate aliter quam superius expressum est, promoueretur ad aliquem gradum in Artibus, aut alibi promotus aliter hic assumeretur quam modis supradictis, quod vtique talis non debet haberi pro membro, Magistro aut Baccallario huius Facultatis Arcium hic in Vniuersitate. Et si quis aduersus contenderit premissa, per Facultatem matre nostra Vniuersitate adiuuante acriter puniatur. Nisi forsan super aliquibus punctis superius expressis contra Statuta nostre Facultatis iam per Vniuersitatem confirmata secum duxerit ex causa racionabili ipsa eadem Facultas Arcium dispensandum aut aliquod ex ipsis Statutis in melius commutandum.

(Titulus XXII.)

Item quis Magistrorum dicatur regens.

Insuper Volumus et Statuimus, quod quilibet Magister nostre Facultati incorporatus, qui per totum tempus pro ordinario deputatum ut infra patebit, legerit cum fauore Facultatis nostre in Artibus, Regens in eisdem censeatur per annum illum totum videlicet vsque ad principium sequentis Ordinarij quod est in crastino sancti Cholomanni.

Item Quilibet Magister volens pro futuro ordinario regens censeri in Artibus debet tempore distribucionis Librorum ordinarie legendorum per se comparere in Facultate ad hoc specialiter congregata ut infra dicetur recepturus ibidem librum suum ordinarie legendum et incepturus eundem cum alijs Magistris infra tempus a Facultate moderandum et continuaturus eundem iuxta consuetudinem et ordinacionem Facultatis, alioquin non regens censeatur. Si Quis Vero Magistrorum ordine prefato Librum suum non acceperit quacunque occasione vrgente aut acceptum tempore debito non inceperit volens tamen postea pro eodem anno legere et Regens dici hic in Artibus, presentet se Facultati quocunque eciam tempore voluerit anni et stet ordinacioni super hoc maioris partis Facultatis. Nolumus tamen hic aliquem legere uel regere in Artibus, nisi per prius Facultati nostre huius Studij Wiennen. sit incorporatus et non sit resectus, exclusus aut suspensus ab eadem. Et si quis Scolarium aut Baccallariorum aliquas lecciones audiuerit hic in Vniuersitate a Magistro non recepto a Facultate Arcium aut non regente in eisdem aut ab aliquo Magistrorum a Facultate nostra excluso aut ab actibus scolasticis suspenso, tales lecciones eidem audienti pro gradibus suis assu-

mendis nullius sint reputacionis, sed ab alio iterum ipsas audire teneatur et cum hoc pene subiaceat, si Facultati visum fuerit, ampliori.

(Titulus XXIII.)

De ordinarijs Leccionibus et Disputacionibus Magistrorum.

Sicut Thesaurus absconditus ita hominis sciencia solitarij, quia non prodest nisi forte sibi ipsi, Statuimus et ita volumus amplius obseruari, quod omni anno in principio Septembris quam cito commode fieri poterit, Decanus faciat congregacionem Facultatis tocius sub iuramento super distribucione Librorum ordinarie legendorum. Et quia pro nunc difficile apparet nimis dare certam regulam que omni anno quasi stabiliter eadem semper permaneat ad Libros distribuendum. Igitur placet quod distribuantur Libri ordinarie legendi modo et ordine, quibus pro tunc Facultati visum fuerit pro futuro anno expedire. Et alio anno obseruabunt eundem modum si placuerit. Sin autem, concordent iterum et attemptent alium tam diu donec experiencia efficax actuum mundanorum magistra per se doceat quis modus plus expediat pro Facultate et talis in annos plures et quamdiu placuerit obseruetur.

Item pro tunc concordent de horis Leccionum ordinariarum Ita tamen, quod pro exercicijs in priuato hore maneant salue ut inferius describetur.

Ordinarie tamen Lecciones incipiantur in Crastino sancti Colomanni Martyris, et duret Ordinarius exclusiue vsque ad festum sancte Margarethe. Per Vacaciones vero liberum sit Magistris et alijs legere uel non, nisi Facultas super hoc aliter aliquando duxerit ordinandum.

Item Statuimus Scolarium ad Vtilitatem, quod

Lecciones ordinarie Librorum Aristotelis et Porphirij fiant solemniter et cum questionibus ad materiam Libri pertinentibus.

Item Libri Aristotelis legantur dumtaxat a Magistris, nisi Facultas Arcium cum aliquo Baccallario specialiter super hoc duxerit dispensaudum.

Item nullus Magister aut Baccallarius legat ordinarie, nisi bene prouisus et studuerit tam super questione quam Leccione ordinaria. Nec legat regulariter plus quam vnum Capitulum in textu ante Questiouem uel eciam Questione expedita.

Item volens legere diebus festiuis post prandium propter Deum et sine collecta Librum Ethicorum aut alium in philosophia morali, aut alium communiter alijs diebus legi non consuetum, super hoc debet specialem Licenciam, ne fiat fraudulentur, in Facultate obtinere.

Item nullus Magistrorum legat gratis et sine collecta nisi pauperibus, nec adulatorijs blandicijs aut alijs non legittimis induccionibus, nec aliquis Magistrorum Facultatis minis et terroribus Scolares ad Lecciones suas adliciat sub pena Decano et alijs quatuor Magistris adiutoribus reseruata. Liceat tamen Rectorem Scolarum sancti Stephani suis locatis Ciuium Seruitoribus gratis legere dolo et fraude semotis.

Item nullus Magistrorum legat publice in Scolis Arcium nostre Facultatis uel disputet ordinarie uel extraordinarie aut arguat uel respondeat in artibus nec promoueat quemquam ad aliquem gradum in Artibus sine habitu seu epitogio Magistrali et quocienscunque aliquis oppositum fecerit, penam quatuor grossorum incurrat, nisi Facultas maiorem penam alicui talium duxerit infligendam.

(Titulus XXIV.)

Libri ordinarie legendi cum ipsorum Collecta.

Libros ordinarie legendos nunc Volumus assignare cum collecta ipsorum, quam nullus Magistrorum presumat augere.

Primus igitur Librorum sit Physicorum, de quo toto dantur nouem grossi. Metaphysica nouem grossi. De celo et mundo quinque grossi. De Generacione et corrupcione tres grossi. Metheororum quinque grossi. De Anima quinque grossi. Libri paruorum naturalium tres grossi. Politicorum decem grossi. Ethicorum duodecim grossi. Yconomicorum duo grossi. Boethius de consolacione philosophie quinque grossi. De quinque libris Euclidis sex Grossi. Theorica Planetarum quatuor grossi. De Perspectiua communi quinque grossi. Sphera tres grossi. Proporciones longe Bragwardini tres grossi. De Latitudinibus Formarum duo grossi. Summa Naturalium Alberti quatuor grossi. De Veteri Arte quinque grossi. De tractatibus Petri Hispani tres grossi. Priorum tres grossi. Posteriorum tres grossi. Topicorum sex grossi. Elenchorum tres grossi.

De alijs vero libris communiter legi consuetis et requisitis ad gradus Magistri et Baccallarij habeant se benigne circa ipsorum audientes, Ita quod non fiant querele, quia excedentem vtique puniremus.

(Titulus XXV.)

De Disputacione Ordinaria.

Cum inter Actus Scolasticos humanum ingenium decorantes actus disputatiuus sit precipuus nec non fecundatiuus Intellectus nature racionalis. Ordinamus et Statuimus igitur, quod regulariter omni Sep-

timana a principio Ordinarij vsque ad Festum Petri et Pauli Apostolorum semel dumtaxat, scilicet in die Veneris nisi tunc fuerit Festum, habeatur Disputacio Ordinaria in Artibus solemnis et publica pro profectu Scolarium et in exercicium Magistrorum. Et hortamur et rogamus omnes Magistros nostros, quatenus hanc vtiliter continuent et frequenter visitent, cum in ea magna pars pendeat honoris Facultatis.

Item statuimus, quod nullus Magistrorum aut Baccallariorum presumat legere infra Disputacionem ordinariam, quod si fecerit, penam quatuor grossorum incurrat ipso facto.

Item eo die, quo disputatur ordinarie in Artibus, ut eo diucius possint manere Magistri et Studentes in Disputacione et copiosius conueniant et diligencius attendant, non legatur illo Die in Artibus, nisi alicui hora Vesperarum legere placuerit, sub pena immediate predicta.

Item Tales Disputaciones ordinarie et extraordinarie debent fieri doctrinaliter et ad Vtilitatem Scolarium, Magistrorum et ad honorem in materijs congruis non nimis difficilibus nec nimis communibus, sed in Logica, Metaphysica, Philosophia Naturali aut Morali, aut Mathematica iuxta Decenciam Magistrorum ordinarie uel extraordinarie disputancium.

Ordinaria Disputacio incipiatur mane post primam Missam Predicatorum et duret vsque quo omnes Magistri, qui tunc presentes sunt, arguant sufficienter, ut infra dicetur, et vadat successiue de Magistro seniore ad inferiorem continue, sicut alias hic est consuetum.

Item Magister presidens solum disputabit duas questiones ut premissum est. Ad quarum quamlibet potest audire duos Baccallarios sibi inuicem directe

opponentes et non plures et ad maius disputet tria sophismata, eodem modo ad quodlibet Sophisma potest audire duos sibi inuicem contradictorie opponentes, ita quod sub pena quatuor grossorum non proponat plura, nec eciam audiat plures respondentes.

Item Quam cito Magistri sufficienter congregati fuerint, tunc magister disputans faciat eos arguere secundum ordinem ipsorum quem habent in facultate, ita tamen quod quilibet eorum proponat tantum tria argumenta, quorum ad minus vnum sit Sophiste, solum autem duo deducat bis uel ter replicando.

Vt autem cuncti sciant, quomodo iste Disputaciones sint Doctrinales et pocius se credant fore in Scolis Virtutum quam Tabernarum, sub pena suspensionis ab actibus scolasticis et reseccionis ab omni nostro consorcio et Facultatis Inhibemus omnibus Magistris, Baccallarijs et Scolaribus nostris, ne ipsorum aliquis, cuiuscunque status fuerit, in ipsa Disputacione aut alijs Actibus publicis nostre Facultatis verbis, factis uel nutibus immorigeratis irruat in aliquem de nostris, aut eciam extraneum, sed quilibet ad quemlibet se habeat pie, benigne et moraliter, non minus tamen fortiter cum moderamine arguendo.

(Titulus XXVI.)

De Exercicijs Magistrorum cum Baccallarijs et Scolaribus in priuato.

Vt ergo Quilibet apud alium sine tamen publico detrimento possit probare se ipsum, Statuimus particularia siue Cameralia exercicia pro profectu nostrorum Scolarium habenda in questionibus consuetis seu precognitis. Ita tamen quod horis quibus legitur uel disputatur per Magistros in Scolis, nequaquam huiusmodi exercicia habeantur. Et quocienscunque ali-

quis Magistrorum uel Baccallariorum oppositum fecerit, penam quatuor grossorum ipso facto incurrat.

Item, ne gratis Scolares pro exercicijs huiusmodi sua exponant, Statuimus, quod nullus magistrorum disputet in priuato nisi vnam qnestionem cum Sophismate aut duas questiones sine Sophismate aut tantum duo Sophismata sine questione, ut eo melius Valeant materiarum difficultates penetrare atque fideliter ad profectum Scolarium et honorem Facultatis huiusmodi exercicia continuent, oppositum vero facientes stent pene per Decanum et alios Magistros quatuor Decano adiunctos ipsis imponende.

Item Magister disputans in priuato exercicio questiones Byridani aut equales ipsis in numero physicorum, habeat de ipsis octo libris physicorum Viginti quatuor grossos a quolibet exercitancium, ita quod non presumat plus aliqualiter extorquere. De Questionibus de Celo et mundo Alberti uel equalibus ipsis in numero duodecim grossos. Item de generacione decem grossos. Item Metheororum duodecim grossos. Item de Anima decem grossos. Item (aruorum naturalium octo grossos. Item Metaphysice Viginti grossos. Item de quinque Libris Ethicorum Viginti quatuor grossos. De alijs quinque iterum Viginti quatuor grossos. Item Veteris artis decem et octo grossos. Item Priorum decem grossos. Posteriorum decem grossos. Item Elenchorum sex grossos. Item Topicorum decem grossos. Item in ceteris generibus Librorum, paruorum Logicalium et aliorum stet in Concordia Magistrorum et aliorum. Illo tamen adiecto, quod Scolares non grauentur. Alioquin magistri penas non euadant ipsis vtique infligendas.

(Titulus XXVII.)

De Quolibeto.

Item Statuimus et ordinamus, ut omni anno semel regulariter circa Festum sancte Katherine, que et nostra specialis Domina est pre ceteris nostre Facultatis Patrona adoptata, disputacio de quolibet solemniter habeatur. In qua quidem proponi volumus materias de singulis septem Artibus liberalibus et alias philosophicas, prout spectat ad Artistam disputare. Et in disputando de quolibet talem volumus inter Magistros ordinem obseruare, Ita quod post omnes Magistros qui in nostra Facultate Studij Wiennensis iam preteritis annis disputauerunt de quolibet, Magister nostre Facultatis immediate sequens in ordine a superiore descendendo honorem disputandi de quolibet, siue sit Regens siue non, teneatur assumere anno profuturo et immediate sequens illum in ordine magistrorum disputabit anno sequenti de quolibet, et sic deinceps de magistris omnibus, qui omni anno hic presentes fuerint in Festo sancti Egidij quia et pro tunc Libri ordinarij sunt distribuendi, sic et disputacio de quolibet. Omnis Vero magister, qui pro tunc se absentauerit a ciuitate ista, eciamsi legittime absens fuerit, careat ordine suo disputandi de quolibet, si pro illa Vice disputacio talis sibi ex iusto debeat et sequens ipsum immediate, ut prefertur, debet de quolibet pro illo anno disputare, nisi Magister absens duos Magistros nostre Facultatis posuerit Procuratores qui nomine ipsius Decano Facultatis habeant auctoritatem faciendi sufficientem caucionem et faciant cum effectu, quod pro illo anno et tempore pretacto talis Magister absens de quolibet disputabit. Si vero friuole ille se absentauerit quem tunc tangit ordo disputandi de quolibet, quam cito hoc con-

stiterit, habeatur condemnatus ac si presens esset et disputare renueret, in octo florenis Facultati soluendis. Si presens quem ordo tangit voluerit se excusare a disputando et si habuerit racionabilem causam valde, exaudiatur in Facultate. Sin autem, soluat octo florenos, ut supra et ante solucionem sit continue suspensus ab omnibus actibus scolasticis hic in Vniuersitate et nihillominus eadem pena per Decanum nostrum extorqueatur Iusticia mediante, Cuius quidem pene vnus florenus sit Decani, Duo vero floreni Magistri immediate sequentis, si disputauerit ipse de quolibet pro illo anno ut tenetur. Si vero eciam et ille se excusauerit, fiat de ipso ut premissum est de alio et sic deinceps. Sed omnes excusare se volentes, hoc faciant infra octo Dies post Festum sancti Egidij et postea nullus audiatur, Sed aut disputet, quem ordo tangit aut penam soluat ut prefertur. Si vero quis voluerit ordinare alium magistrum nostre Facultatis, qui pro eo disputet de quolibet, hoc faciat de beneplacito Facultatis. Alioquin non supportetur a pena iam premissa.

Item Magister disputans de quolibet pro congregacione Magistrorum Facultatis, quos omnes ad honorem presidentis et Facultatis interesse volumus, disputabit duas Questiones principales et non plures ad quas duo Baccallarij respondeant breuiter et succincte nec audiat aliquos eciam oppositum tenere cupientes.

Item Presidens proponat cuilibet Magistrorum tunc presencium, siue Regens fuerit siue non, vnicam questionem dumtaxat cum argumentis et vnam sine argumentis; ad primam respondeat breuiter ad maximum tamen tribus conclusionibus et totidem correlarijs nisi de pluribus correlarijs placeat annuere presidenti sine multis Notabilibus. Ad aliam vero simpliciter

respondeat affirmatiue uel negatiue causam quesiti assignando.

Item Quatenus Scolares aliquibus oblectamentis inducantur ad diucius in Scolis permanendum, serijs ioca misceantur honesta, ita quod ipsis licitum sit oretenus proponere probleumata aut aliquas questiones naturales aut alias causas diuersorum postulantes sine tamen argumentis; sed non turpes nec aliquas quouis modo mores bonos offendentes, quia vtique tales per negaciones graduum ad tempus puniremus. Si vero presidens ab aliquibus cedulas capere voluerit, potest eos sed paucos in hoc honorare et distribuere debet questiones propositas inter Magistros assidentes.

Item preter istam disputacionem de quolibet ordinatam Facultatis si quis Magistrorum nostrorum voluerit alia vice et alio tempore anni de quolibet disputare, hoc habet obtinere a tota Facultate nostra, Ita tamen quod inter quaslibet duas disputaciones de quolibet ad minus medient tres menses, quia propter ipsarum solennitatem nolumus eas multiplicari ne vilescant, et Magistros nostros hortamur, quatenus et illas dignentur visitare. De rigore tamen non intendimus aliquem magistrum cogere ad tales extraordinarias Visitandum, nisi in quantum expressum est de Magistris nouellis, quorum est honorare ut et ipsi ab alijs honorentur.

(Titulus XXVIII.)

De Replicacionibus et Determinacionibus Magistrorum ad inuicem.

Item Statuimus et Ordinamus, quod quilibet Magistrorum in Artibus volens determinare et determinando replicare contra alium quemcunque Magistrum nostre Facultatis in Logica aut Philosophia Na-

turali aut morali, Metaphysica aut Mathematica causa exercicij et declarande Veritatis, debet supplicare Decano et Facultati pro Licencia id faciendi, quam si obtinuerit et non alias, tunc procedat moraliter et mansucte arguendo, respondendo et replicando cauendo in his scandala et errores. Et si quis Magistrorum aliquid in premissis friuole transgressus fuerit, paciatur penam per Decanum et alias quatuor Magistros sibi in adiutorium deputatos ipsi imponendam; per predicta tamen non intendimus impedire quando in incepcione nouorum Magistrorum in Artibus aut eciam in disputacione de quolibet magistri nostre Facultatis absque speciali licencia petita possint sibi inuicem opponere, nec non contrarias conclusiones decenter tamen et reuerenter pro posse suo defensare.

(Titulus XXIX.)

De Pronunciacione Librorum Facultatis Arcium.

Volentes pronunciare Libros Facultatis Arcium, antequam incipiant pronunciare, debent prius ostendere Decano Facultatis et alijs Magistris quatuor ipsius coadiutoribus, qui debent Libros ipsos diligenter examinare an pronunciandi sint an non et cuius Authoris sint et si fuerint correcti, tunc taxato precio dumtaxat Magistris aut Baccallarijs nostre Facultatis et non Scolaribus dent potestatem pronunciandi.

Item nullus presumat aliquem Librum pronunciare illis horis quibus communiter legi consuctum est ordinarie sub pena quociens hoc fecerit, Vnius grossi.

Item precipimus vnicuiqne pronuncianti, quod fideliter et correcte tractim et distincte assignando paragraphos, capitales Literas, Virgulas et puncta prout Sciencia requirit ad vtilitatem reportancium, pronunciet, nec dolo nec fraude aliquod nephas in pronun-

ciando committat sub indignacione nostre Facultatis et retardacione a gradibus vlterioribus ad tempus aut si meruerit imperpetuum, impediatur.

(Titulus XXX.)

De Receptore Pecuniarum Facultatis.

Thesaurarius Facultatis, cuius Officium infra describetur, eligatur eodem Die quo Decanus eligi debet et solum cum Decano per dimidium annum mansurus nisi iterum Facultas ipsum duxerit reeligendum.

Item electus in Thesaurarium teneatur officium benigne et sine contradiccione acceptare sub pena quatuor florenorum, nisi legittima causa coram Facultate proposita excusetur.

Item Officium Receptoris sit pecunias Facultatis colligere, Debitores admonere et contra eos cum autoritate Facultatis eciam si oportuerit, coram Rectore uel alibi in Judicio procedere et diligenter cum Decano respicere quod nulli procedant ad gradus aliquos in Facultate Arcium, nisi prius satisfaciant Facultati iuxta ipsius ordinaciones et Statuta.

Item ipsius Thesaurarij sit, Pecunias Facultatis distribuere tunc solum, cum Facultas id expresse mandauerit. Nisi quod singulis quatuor Temporum Magistris examinatoribus Baccallariandorum poterit dare Quadraginta Denarios pro Vno et non plures.

Jurabitque dictus Receptor Facultatis nostre coram Facultate in manus noui Decani, quod officium suum fideliter exerceat nec fraudem circa pecunias Facultatis committat, sed ipsas diligenter conseruabit toto suo posse. Similiter et alias res Facultatis, que sibi committuntur conseruando.

Item Jurabit idem, Quod et Jurat nouus Deca-

nus scilicet de computacione facienda de perceptis infra mensem post resignacionem sui Officij sicut prius est expressum in Juramentis Decani.

Item si contingat ipsum Receptorem recedere a ciuitate uel alias grauiter infirmari, pro tunc Decanus qui pro tempore fuerit, debet fideliter exercere officium Thesaurarij. Sed si recesserit sine spe infra mensem redeundi, tunc Facultas substituat vnum vsque ad tempus pro eleccione Decani deputatum, qui et obligabitur ad eadem iuramenta, ad que et ipse Receptor principalis.

Item ipse Receptor conseruabit vnam de clauibus ad Archam Facultatis.

(Titulus XXXI.

De Quatuor Magistris Quorum consilio Decanus agit que superius expressa sunt.

Item eodem Die quo eligitur Decanus, eligi debent et Quatuor Magistri preter Receptorem de Quatuor Nacionibus, quorum quilibet sit Magister ad minus quatuor annorum grauis in moribus, prudens in Consilio, non sediciosus, non parcialis. Sed in omnibus bone fame. Quorum quidem quatuor Magistrorum consilio Decanus agat omnia, in quibus saltem sparsim in premissis Statutis ad ipsos remittitur. Videlicet in festis Facultatis et exequijs, in Congregacionibus faciendis et penis apponendis, in pecunijs et alijs rebus et Archa Facultatis conseruandis, in exemplaribus corrigendis et Licenciam dando pronunciatoribus, et quilibet istorum debet habere ad Archam Facultatis Vnam Clauem.

Item nulla Littera sigilletur cum sigillo Facultatis, nisi prius fuerit correcta per istos quatuor.

Item quando istis uel tribus ipsorum apparuerit,

quod Decanus debeat facere Congregacionem Facultatis, tunc faciat indilate sub iuramento suo.

Item isti quatuor iurabunt Decano in presencia Facultatis, Quod officium suum iam descriptum velint fideliter absque dolo et fraude exercere in omnibus punctis iam pretactis.

Item quod pretextu Officij sui non intromittant se de aliqua alia potestate nomine Facultatis quam ipsis per huiusmodi Statuta sunt concessa uel per Facultatem nostram in certis casibus adhuc ipsis concedenda.

Item quod veniant ad Decanum, quociens in aliquo predictorum indiget eorum consilio aut auxilio, nisi legittime impediti Venire pro tunc non possint.

(Titulus XXXII.)

De Sigillo Facultatis Arcium.

Item Ordinamus et Statuimus, quod Facultas Arcium habeat suum Sigillum proprium quod cum omni diligencia volumus conseruari in aliqua speciali Ladula maioris nostre Arche; et cum aliqua Litera debeat sigillari, pro tunc omnes illi sex Magistri, qui debent habere et conseruare claues sex ad archam maiorem similiter et minorem, debent personaliter adesse, nisi aliquis legittime occupatus venire pro tunc non possit, illi licitum sit clauem suam committere Vni alteri Magistro Arcium, qui tamen non sit Vnus de sex illis prenominatis. Decanus tamen aut receptor semper debet adesse personaliter quocienscunque Archa aperiatur, Littera sigillatur et e conuerso Sigillum recluditur, aut pecunia capitur de Archa seu imponitur.

Item Sigillum Facultatis nulli Littere recommendaticie aut Testimoniali apponatur, nisi hoc expresse fuerit supplicatum et obtentum in Facultate.

Item cuilibet Magistro nostre Facultatis Sigillum gratis detur. Sed quilibet aliorum dabit tres grossos quorum Vnus cedat Receptori, Secundus quatuor Magistris habentibus clauem preter Decanum. Tercius vero sit Decani.

Item nulla Littera Sigillo Facultatis signetur nisi prius fuerit visa et correcta per quatuor Magistros adiutores Decani iam pretactos.

(Titulus XXXIII.)

De Officio Bedelli.

Item Statuimus et Ordinamus quod Facultas Arcium habeat Bedellos tot, quot honeste ex fructibus sepius pretactis possint congrue sustentari. Interim tamen quod vnus solus Bedellus est ille, qui pro tempore fuerit, ad minus vnum debet habere discretum famulum quem si Bedellus non habuerit et in recipiendo talem negligens fuerit, pro tunc Decanus et Facultas ipsi Bedello de fideli et discreto seruitore prouidebunt.

Item quocienscunque vacuerit Bedellatus, liberum sit Facultati alium uel alios assumere in locum precedentis recte eodem modo, quo consueuimus eligere Decanum aut alium Officialem in Facultate et quemlibet Bedellum, quocienscunque Facultati placuerit remouere, dummodo hoc non fiat sine causa, super qua non debet Facultas cum aliquo Bedello contendere, sed iudicet intra seipsum et si Dictamini ipsius resistat Bedellus contumaciter, ipso facto sit periurus.

Item Officium Bedelli sit quoad Facultatem Arcium Decano obedire et ipsum quottidie semel visitare. Ad mandatum ipsius Magistros diligenter conuocare, Festa, Vacaciones, Disputaciones, Lecciones per Scolas publicare, Scolas claudere et tempestiue aperire, pur-

gare et reficere, atque defectus earum in edificijs, scamnis, Jauuis et alijs considerare et ad Decanum referre sub expensis tamen non proprijs. In Disputacione ordinaria vsque ad finem permanere. In actibus publicis Vniuersitatis et Facultatis Magistros debite locando in stallis et sedibus suis et facere quecunque Decanus aut Facultas sibi preceperit facienda.

Item nouus Bedellus iurare debet in manus Decani et in presencia Facultatis. Primo, quod velit obedire in licitis et honestis et que concernunt officium suum Decano et Facultati et officium suum debite exercere in his, que sunt premissa de officio suo et circa alia, quecunque circa officium suum Facultas decreuerit statuere eciam in futuro, et non reuelare secreta Facultatis, cum intrat Consilium aut alias quidquam sibi preceptum fuerit non reuelandum per Decanum aut Facultatem, nec personas aliquomodo deliberantes debet cuiquam reuelare.

Item, quod si Facultas decreuerit assumere plures Bedellos et Salarium vnius diuidere inter plures Bedellos, quod non contradicat nec conqueratur alicui in Vniuersitate uel extra. Sed omnem disposicionem circa officium Bedelli benigne paciatur fieri, ut Facultas decreuerit ordinare. Saluo eo quod si ipsi hec ordinacio non placuerit, quod poterit officium suum quiete et pacifice in manus Facultatis resignare.

Salarium Bedelli sit, quod a quolibet nouello Scolare cum primo intrauerit Scolas, recipiat Vnum grossum exceptis pauperibus, et non plus extorqueat. Si libere sibi plus detur, poterit recipere.

Item singulis quatuor temporum habeat collectam specialem, ita quod quilibet Baccallariorum sibi teneatur soluere quatuor Denarios et quilibet Scolarium exponens ordinarie pro mensa septimanatim ad

minus duos grossos, sibi teneatur in quatuor temporibus sine contradiccione dare tres Denarios, et non plus presumat extorquere. Sed si libere detur, potest recipere.

Item a promouendis ad gradum capiat prout de ipsis superius est expressum et non presumat plus extorquere saluo eo, quod a pauperibus a quibus magistri collectam non capiunt nec Facultas aliquid petit, cum graduantur, nihil omnino postulare presumat in aliquo casu. Si tamen libere ipsi aliquid offerunt, potest recipere.

Item, si in principio anni aliquem magistrum visitauerit pro nouo anno, ipsum vacuum abire non sinat. Sed nil presumat de rigore postulare.

Item nolumus, quod Bedellus noster a Ciuitate ista eciam per vnum Diem se possit absentare sine speciali Licencia Decani expresse super hoc obtenta.

Item quocienscunque Facultas Arcium nouum Bedellum assumpserit, postquam ipsi iurauerit, debet ipsum presentare Rectori Vniuersitatis iuraturum, ut in statutis Vniuersitatis, que per omnia seruare volumus et debemus, expressius continetur.

E. Genehmigung der Facultäts-Statuten durch die Universität und Notariats-Bestätigung hierüber.

In Nomine Domini Amen. Anno Natiuitatis eiusdem Millesimo trecentesimo octuagesimo octauo die uigesimo primo mensis Decembris hora nona uel quasi. Indiccione XI. Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris ac Domini nostri, Domini Vrbani Diuina Prouidencia Pape Sexti anno Vndecimo. Wienne Patauiensis Diecesis. in Collegio Illustrissimi Principis Ducis Alberti Tercij Ducis Austrie etc. in stuba magna Magistrorum Honorabilis ac circumspectus Vir Magister

Gerhardus Vischbeck Canonicus Ecclesie omnium Sanctorum alias Sancti Stephani ibidem Wiennen. fecit et habuit congregacionem Vniuersitatis super quibusdam articulis ipsam Vniuersitatem concernentibus, specialiter tamen super modo congruo inueniendo pro confirmacione et approbacione Statutorum singularum Facultatum per Vniuersitatem predictam facienda iuxta ipsius Ordinaciones et Statuta. Quo articulo per prefatum Dominum Rectorem proposito in mei Notarij publici subscripti aliorumque multorum honestorum Virorum presencia Venerabiles ac circumspecti Viri et Domini Sacre Theologie, Juris Canonici et Ciuilis ac Medicine Doctores nec non Magistri Arcium ceterique ibidem presentes totamque Vniuersitatem representantes, attendentes et considerantes, quam sincera deuocione et affeccione, quamque grauibus laboribus et expensis Serenissimus et Metuendissimus Princeps Dominus noster Dux predictus erexit hanc sublimem Vniuersitatem Studij Wiennen. ad laudem et gloriam Dei, ad Sancte Matris Ecclesie profectum et ad Domus sue tociusque Patrie decus et honorem desiderans atque volens, Vt sicut Magnificencia Sua Vniuersitatem ipsam ad-extra fundauit ac stabiliuit tam bonis temporalibus quam Priuilegijs efficacibus, necessarijs et Vtilibus faciens quod in se erat, ita et Vniuersitas se ipsam ad-intra stabiliret bonis Regulis, Ordinacionibus et Statutis, sine quibus consistere non posset et sine quibus deuotissima ipsa dicta Domini nostri Principis intencio non sortiretur effectum. Hec igitur attendentes Magistri ac Doctores predicti Volentes, vt iustum decens et equum est Ipsius Serenissimi Principis obtemperare iussionibus et mandatis, deputauerunt Venerabiles et peritos Viros Magistros infrascriptos Videlicet de Facultate Theologica Magistrum Hainricum de Hassia

eiusdem Facultatis Decanum, Magistrum Hainricum de Oyta Doctores Sacre Theologie De Facultate vero Iuristarum Dominum Hainricum de Oedendorph vtriusque Iuris Doctorem et Arcium Liberalium Magistrum et Dominum Joannem Reutter Liceneiatum in Decretis, de Facultate quoque Medicine Magistrum Joannem Gallici de Wratislauia et Magistrum Chunradum de Schiuerstatt Doctores in Medicina ac Magistros in Artibus, sed de Facultate Artistarum Magistrum Petrum Plebanum in Pylichdorff dicte Diecesis Patauiensis et Magistrum Lambertum de Gelria Baccalarios formatos in Theologia et Magistros in Artibus omnes ibidem presentes et onus deputacionis huiusmodi sponte in se suscipientes, dantes et concedentes eisdem Doctoribus et Magistris plenam ac omnimodam potestatem ad recipiendum, Videndum, corrigendum, addendum, minuendum, subtrahendum et approbandum Statuta et Ordinaciones Facultatum omnium predictarum. Ijdem Vero Doctores et Magistri onus ipsis iniunctum et laborem humiliter et cum effectu subeuntes pluribus diebus et horis Videlicet a Die sancti Thome Episcopi Cantuariensis qui fuit dies antepenultima mensis Decembris predicti Vsque ad diem primam mensis Aprilis de qua infra fit mencio, predicta Statuta omnium Facultatum me Notario subscripto quottidie presente, audiente et uidente perlegerunt, auscultarunt et de uerbo ad uerbum diligenter uiderunt, correxerunt et laboriosissime ruminarunt. Videntesque tandem omnia et singula eadem Statuta omnium et singularum Facultatum sepedictarum Vniuersitatis Wienn. fore consona racioni et approbacione seu confirmacione digna die prima mensis Aprilis de anno Domini Millesimo Trecentesimo octuagesimo nono hora nona uel quasi, indiccione duodecima, Pontificatus in Christo Patris ac

Domini nostri Domini Vrbani Pape Sexti predicti anno duodecimo in dicto Collegio, in quadam magna stuba, in qua durante dicto labore semper conuenerant predicti Doctores et Magistri ab Vniuersitate Vt prescribitur deputati omnes et singuli ad hoc specialiter congregati per dictum Dominum Rectorem matura deliberacione prehabita ipsa Statuta quatuor Facultatum omnium scilicet Theologie, Iuris Canonici et Ciuilis, Medicine et Arcium liberalium uisa, correcta et emendata laboriose et diligenter vt predicitur ex certa sciencia confirmarunt et approbarunt vnanimiter et concorditer nemine contradicente. Quibus quidem approbacione et confirmacione pensatis idem Dominus Rector Christi nomine inuocato, nomine dicte Vniuersitatis et ex Officij sui debito dicta Statuta omnia et singula conclusit et ipsis perpetuum robur imposuit, ipsaque nomen et effectum Statutorum omnium et singularum Facultatum Studij Wiennen. decreuit perpetuis temporibus habitura. Super quibus omnibus et singulis dictus Dominus Rector ceterique Magistri deputati vnum uel plura publicum seu publica per me Notarium infrascriptum fieri pecierunt Instrumentum seu Instrumenta. Acta sunt hec Wienne anno, mense, die et locis quibus supra in presencia omnium Doctorum et Magistrorum prius narratorum et per Vniuersitatem deputatorum ad predicta.

Et Ego Gundakerus Aspechk de Obernperg Clericus Patauiensis Diecesis publicus Auctoritate Imperiali Notarius dicteque Vniuersitatis Scriba predicte Vniuersitatis Congregacioni dictorum Do torum et Magistrorum deputacioni, oneris assumpcioni, approbacioni et confirmacioni nec non omnibus et singulis alijs prescriptis, dum sic per prefatos Dominos Rectorem, Doctores et Magistros deputatos locis et temporibus pre-

missis agerentur et fierent vna cum dictis Dominis Rectore, Doctoribus et Magistris presens interfui eaque omnia et singula sic fieri uidi et audiui. Ideoque hoc presens publicum Instrumentum propria manu mea conscribendo exinde confeci signoque ac nomine meis solitis et consuetis signaui rogatus et requisitus in fidem et testimonium omnium singulorum premissorum *a*).

---

a) Alle diese eben aufgeführten Documente *A—E* befinden sich sehr kalligraphisch auf Pergament geschrieben und in ein eigenes Buch gebunden im Universitäts-Archive (*Lad. XXXIX.*, 46) unter dem Titel: „*Massa statutorum Facultatum omnium.*" Es mag wohl sein, dass dieses mit so grosser Sorgfalt angelegte und ausgestattete Buch ursprünglich der Universität gehörte, oder auf ihre Veranlassung verfasst wurde. War diess der Fall, so ist es ihr aber jedenfalls später aus den Händen, und erst zu Anfang des XVII. Jahrhunderts wieder zurück gekommen, denn es befindet sich darin die Inschrift: „*Sum Melchioris Lerch, a quo dono accepit nobilis et clarissimus Vir ac Dominus Christianus Schäffler, u. J. Dr.* (Superintendent der Universität) *perpetuae memoriae et observantiae ergo*, 12. *Maij Anno* 1605." Was den Inhalt des Buches betrifft, so besteht derselbe nur aus Abschriften, und zwar aus dem Aufange des XV. Jahrhunderts; denn das Statut vom J. 1402 über die Immatriculirung der Juristen, welches wir bei Nr. 17 bringen werden, ist darin noch mit gleicher Schrift und Tinte, wie die frühern Documente, jedoch als „*Statutum nouum*" eingetragen. Auch ist zu bemerken, dass bei den juridischen Statuten der Anfang bis „*Item quod Doctores*" im ersten Titel (bei uns S. 129) fehlt. — Wir haben diesen Abgang aus andern, im Archive der Stud.-Hofcomm. vorfindlgen, zum Theile noch aus dem XV. Jahrhunderte, zum Theile aus den Jahren 1509 und 1529 stammenden Abschriften ergänzt; und überhaupt aus dem Vergleiche der beiderlei Aufzeichnungen den Text möglichst richtig zu stellen uns bemüht.

16.

1399, 27. Mai, Rom.

Papst Bonifaz IX. erneuert den an der Wiener Universität studirenden Beneficiaten die Dispens von der Residenz an dem Orte ihrer Pfründe, und zwar ohne eine Zeitfrist hiefür festzusetzen a).

Bonifacius Episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filijs Vniuersis Magistris, Doctoribus et Scholaribus Studij Viennensis Patauien. Dioc. Salutem et apostolicam Benedictionem. In suprema dignitatis specula licet immeriti disponente Domino constituti dignum censemus et debitum, Vt personis Litterarum Studijs insistentibus, per que diuini nominis et fidei Catholice cultus protenditur, Justicia colitur, tam publica quam priuata res agitur, geritur vtiliter, omnisque prosperitas humane conditionis augetur, fauores gratiosas et opportune commoditatis auxilia liberaliter impendamus. Vestris itaque in hac parte supplicationibus inclinati Vobis et Vestrum cuilibet autoritate apostolica tenore presentium indulgemus, Vt interim, quoad Studio Viennensi Patauien. Dioc. institeritis, fructus, redditus et prouentus quorumcunque beneficiorum ecclesiasticorum cum cura uel sine cura, etiamsi Canonicatus, prebendas aut Dignitates, personatus uel officia in Metropolitan., Cathedralibus aut Collegiatis ecclesijs, etiamsi Dignitates ipse curate et in Metropolitan. uel Cathedralibus maiores post pontificales, aut in Collegiatis ecclesijs huiusmodi principales fuerint et ad eas consueuerint qui per Electionem assumi, cum ea integri-

a) Dadurch unterscheidet sich diese Verleihung von den durch Urban V. und Urban VI. gewährten analogen Dispensen (Stat.-Buch n. 4 und 9), welche für die in Wien studirenden Beneficiaten nur eine Abwesenheit von fünf Jahren gestattet hatten.

tate libere recipere Valeatis, distribucionibus quotidianis dumaxat exceptis, cum qua illos perciperetis, si in dictis Beneficijs personaliter resideretis, et ad residendum interim in eisdem minime teneamini, neque ad id inuiti a quoquam Valeatis coartari. Non obstante, si forsan alias Vobiscum, Vt fructus, Redditus et prouentus Vestrorum Beneficiorum ecclesiasticorum in dicto Studio seu alibi residendo percipere Valeretis, apostolica Vel ordinaria auctoritatibus fuerit dispensatum, etsi in eisdem ecclesijs primam non feceritis personalem residentiam et tam pie memorie Bonifacij Pape Octaui predecessoris nostri, per quam concessiones huiusmodi sine prefinitione temporis fieri prohibentur, quam alijs quibuscunque constitutionibus generalibus uel specialibus, aut in prouincialibus uel Synodalibus Concilijs editis ac statutis et consuetudinibus ecclesiarum, in quibus huiusmodi Beneficia forsan fuerint contrarijs Juramento, confirmatione Apostolica uel quacunque firmitate alia roborata, etiamsi de illis seruandis et non impetrandis Literis apostolicis contra ea et ipsis Literis non Vtendo etiam ab alio uel alijs impetratis seu alias quouis modo concessis, per Vos uel procuratores Vestros prestitisse forsitan hactenus uel in posterum Vos prestare contigerit iuramentum. Seu si Locorum ordinarijs a prefata sit sede concessum, uel in posterum concedi contingat, Quod Clericos et personas ecclesiarum seu Locorum suorum ecclesiasticorum aut alias compellere Valeant ad residendum personaliter in eisdem ordinarijs, uel quibusuis alijs communiter uel diuisim, ab eadem sit sede indultum, uel in posterum indulgeri contingat, Quod Clericis et personis dictarum ecclesiarum non residentibus in eisdem fructus, Redditus et prouentus ecclesiarum seu Beneficiorum suorum ecclesiasticorum ministrare minime teneantur et ad id com-

pelli non possint per Literas apostolicas, non facientes plenam et expressam ac de Verbo ad Verbum de indulto huiusmodi mentionem et quibuslibet alijs priuilegijs, indulgentijs et Literis Apostolicis generalibus uel specialibus, quorumcumque tenorum existant, per que presentibus non expressa uel totaliter non inserta effectus earum impediri Valeat quomodolibet, uel differri, et de quibus quorumcunque totis tenoribus de Verbo uel Verbum habenda sit in nostris Literis mentio specialis. Prouiso quod Beneficia huiusmodi debitis interim obsequijs non fraudentur et animarum cura in illis Beneficijs, quibus illa imminet, nullatenus negligatur; Sed per bonos et sufficientes Vicarios, quibus de Beneficiorum ipsorum prouentibus necessaria congrue ministrentur, diligenter exerceatur et deseruiatur inibi laudabiliter in diuinis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere, aut ei ausu temerario contra ire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Rome apud Sanctum Petrum VI. Kal. Junij, Pontificatus nostri Anno Vndecimo.

Grac. de mandatis dni. nri. pape.

Adolphus.

(Univ.-Arch. L. XLI, 43.)

17.

1402. Verpflichtung zur Eintragung in die juridische Facultäts-Matrikel und Eidesformel für die Einzutragenden.

Anno domini Millesimo Quadringentesimo secundo, in plena congregacione Vniuersitatis dicti Studij per Honorabilem Virum dominum Johannem Berwardi Magistrum in Artibus et Baccallarium in Theologia tem-

pore primi sui Rectoratus, et per quatuor facultates concorditer statutum et conclusum per modum statuti fuit in hec verba: Item statuimus, quod quilibet volens intrare de nouo scolas et studere in Jure, postquam intitulatus fuit in matricula Vniuersitatis, debet eciam intitulari in matricula Facultatis Juris per ipsum Decanum. Scolaris duos grossos. Baccalarius eiusdem facultatis tres grossos bohemicales. Nobilis vel nobilium statum tenere volens medium florenum. Baccalariandus in eadem facultate vnum florenum. Licenciandus tres florenos auri vngar. ad minus de rigore soluere teneatur decano supradicto.

Juramentum intitulandorum: Primo promittes, Quod seruabis statuta huius inclyte Facultatis atque statuenda per ipsam nec non ipsius laudabiles consuetudines. Secundo promittes, Quod Decano et singulis eiusdem Facultatis Doctoribus et Collegis debitam reuerenciam et obedienciam exhibere uelis. — Tercio promittes, Quod inclyte Facultatis Juridice dignitatem et utilitatem promouere uelis, ad quemcunque statum te peruenire contigerit. —

(Matrikelbuch der jurid. Facultät von 1402 bis 1442, fol. 2. — Univ. Reg.)

18.

1410, 18. Juli a).

Disciplinar-Verordnungen für die Studenten.

Sequuntur Noua Statuta extra Bursas morantes concernentia.

De secundo Articulo conclusum est concorditer Vt sequitur: Nos N. Rector, Doctores et Ma-

---

a) Das Datum für dieses Statut entnahmen wir aus nachstehender Aufzeichnung: „1410, 18. *Julij, congregacio Vniuersitatis*.....

gistri Vniuersitatis Studij Vienn. Quia diutinis edocti experientijs diligentique opera considerantes comperimus, nonnulla nostra supposita absque causa praeter etiam nostram intentionem priuatim habitantia solum, Vt suae Voluntatis expleant appetitum, impune nostris monitis, edictis crebrisque comminationibus minime curarunt obtemperare. Nobis denique, sibi pariter et Incolis Oppidi Vienn. grandes turbationes ac intollerabiles molestias excitare. Hinc quantum in nobis est, oportunis remedijs, paci et Vtilitati communi consulere ac prouidere cupientes quasdam conclusiones, Vim etiam Statutorum tenentes praeteritis nostris priuilegijs, Statutis et declarationibus ad probandum, si forte expediant, decreuimus adijcere et aggregare.

In primis, quod in post omnia et singula nostrae Vniuersitatis Supposita, quae hactenus sub protectione et Tutela priuilegiorum nostrorum fuerunt defensata, juxta Priuilegiorum et Statutorum nostrorum tenorem, gaudeant et modo et posterius priuilegijs Vniuersitatis in causis ciuilibus et pecuniarijs contractibus honestis et decentibus, nec non et in promotionibus ad gradus in facultatibus quibuscunque. In criminalibus Vero delictis et iniurijs Verbalibus et realibus in personis aut rebus, quod absit, illatis aut fortasse alijs Oppidanis, suburbanis, Castrensibus et generaliter quibuscunque per Studentes irrogatis gaudeant Priuilegijs et immunitatibus Vniuersitatis Doctores singularum Facultatum et Magistri, nec non et Licentiati earundem cum familia sua, Vbicunque in domibus proprijs con-

---

Item in secundo articulo conclusum fuit, quod deberent concipi aliqua statuta certas penas exprimencia, quibus bursales et eciam alij stantes extra bursas cum hospitibus uel alibi transgredientes priuilegia et eciam inordinate uiuentes corrigantur seu puniantur." (*Lib. I. act. fac. art. f.* 140 *v.*)

cessis Vel conductis in Vienna moram traxerint. Sed et Magistri, Baccalaurei et Scolares sua cum familia stantes in aliquo Collegio Vniuersitati incorporato, sub regimine prioris sui patris familias eiusdem, siue alias stantes in Bursa Vel Domo sub Regimine alicuius Doctoris aut Magistri, qui ad curam Domus legittime per Rectorem et Decanum suae Facultatis iuxta Statuta Vniuersitatis fuerit approbatus, cuius quidem Rectoris pariter et Decani in post et in talibus approbandis idoneis conscientias oneramus, similiter gaudeant Priuilegijs Vniuersitatis. Nec non seruitores iurati Vniuersitatis, Vt sunt Bedelli, Notarij et Librarij, Vbicunque etiam habitationes suas in Oppido Vienn. aut suburbijs tenuerint aut conduxerint, Protectioni Vniuersitatis Volumus subiacere.

Notabiles Vero et honestae personae notae tamen in suis Statibus, quibus in priuatis domibus stare solitarie sua cum familia aut cum alijs habitare placuerit, habeant se intra Vnius Mensis spatium post suam intitulationem, aut illius Status electionem Rectori et Decano suae Facultatis praesentare et de taliter stando licentiam cum effectu obtinere. Qui etsi honestas personae Vel personarum id postulauerit, habeant talibus aut alicui de sibi commorantibus iuxta ipsorum conscientias maturo et idoneo, etiamsi graduatus non fuerit, qui se praesentauerit Vel eisdem praesentatus fuerit, curam domus iuxta Vniuersitatis Statuta committere, qui et de se et sibi commorantibus, quotiens per Rectorem fuerit requisitus, omni submoto dolo nude et plane per Juramentum suum fidele habeat testimonium perhibere.

Residui Vero matriculae Vniuersitatis etiam inrotulati, qui contra praedictam ordinationem stare aut habitare praesumpserint in priuatis Domibus aut

pauperum habitationibus, se taliter regant, quod rigorem ecclesiasticae aut secularis iustitiae non formident. Si namque quiquam ex talibus, Vt praemittitur, habitantibus in aliqua causa criminali innodati fuerint, Vt pacis Zelatores et Studijs debiti, ac de ipsorum Vita et conuersatione prorsus ignari sciant, quod iustitiam suam praetextu priuilegiorum nostrorum Vice ista minime Volumus . . . . nec non et nos ipsos, etiamsi per potestatem publicam detenti, carceribus deputati, aut alias qualitercunque tractati fuerint, pro talium ereptione aliqualiter occupare.

Item Quia nonnulli in Regimine Suppositorum nostrorum Visi experti in regendo eadem Vt praefertur, inuenti sunt temporibus retroactis saepius torpentes, et in sua gubernatione ac poenis extorquendis contra excedentes plurimum negligentes. Statuimus de nouo, Quod tales negligentes hospites, quibuscunque nominibus censeantur Vel gradibus polleant, Rector pro tempore, cum Officialibus suis pro tempore aut Locumtenentibus, aut saltem ipsorum maiori parte post legittimam ammonitionem, si non emendauerint, plenam atque liberam habeant facultatem omnes et singulos talismodi sine Vlteriori appellatione corrigendi, mutandi, deponendi, atque alium Vel alios idoneum Vel idoneos Vice et eorum loco surrogandi, Sicut Visum fuerit expediens et oportunum.

Item Statuimus, quod si quisquam hospitum aliquem sibi commorantem excessu Vel proteruia exigente de consensu tamen Rectoris et Decani suae Facultatis a suo Hospitio contingat excludere, quod talis ad nullam Bursam aut habitationem Studentium recipiatur, quousque Veniam ab eodem de scitu et consensu Rectoris et Decani meruerit ac plene offenso Vel offensis satisfecerit, Vt et sic dignus sit Venia quam delusit.

Caeterum ne discolis et ad promotionis honores minime anhelantibus per praesentem nostram Constitutionem disciplinae lorum aliqualiter laxari contingat, Statuimus quod quicunque ausu proprio plures quam quatuor in eadem totali domo coniunctim Vel diuisim habitare praesumpserint, nostris immunitatibus, ne de discolia ipsorum commodum reportent, in quibuscunque etiam ipsis euenientibus siue in Criminalibus, siue in Ciuilibus minime a nostra Vniuersitate defensentur, nisi de taliter stando quatuor Videlicet Simul exposcente honestate singulari Vt praemissum est, Vel egestate speciali Proprijs in personis aut testibus idoneis suum statum coram Rectore et Decano suae Facultatis sufficienter declarauerint, quod in communi aut in Bursis stare ipsorum facultati non congruat, aut quod ipsorum facultas ad hoc ipsum minime extendat, quo facto in causis ciuilibus iuxta praemissa tuitioni Vniuersitatis subiacebunt.

(Abschrift im Archive der k. k. Studien-Hofcommission.)

19.

Aufstellung kirchlicher Conservatoren für die Universität und zwar a) 1411, 17. August. Papst Johann XXIII. ernennt die Bischöfe von Regensburg und Olmütz und den Abt zu den Schotten zu Conservatoren; jedoch nur auf die Dauer von 25 Jahren.

Johannes Episcopus Seruus seruorum Dei. Venerabilibus Fratribus Ratisponen. et Olomucen. Episcopis ac dilecto filio n. Abbati Monasterij Scotorum in Vienna Pataujensis Diocesis Salutem et apostolicam Benedictionem. Dum attente consideracionis indagine perscrutamur, Quod per Litterarum Studia cooperante illo, a quo omnium bonarum rerum dona proueniunt, Viri efficiuntur Scientijs eruditi, per quas equum ab

iniquo discernitur, erudiuntur rudes, prouecti ad altiora concrescunt et fides Catholica roboratur, libenter non solum Loca, Vbi huiusmodi pollent Studia, sed etiam Studentes in his specialis defensionis munimine ac gracijs et Libertatibus honoramus. Sane dilectorum filiorum Magistrorum, Doctorum et Scolarium Vniuersitatis Studij Viennensis, Patauien. Dioc., conquestione percepimus: Quod nonnulli Archiepiscopi, Episcopi alijque ecclesiarum Prelati, Clerici ac ecclesiastice persone tam Religiose quam seculares, nec non Duces, Marchiones, Comites, Barones, Nobiles, Milites et Laici, communia Ciuitatum, Vniuersitates oppidorum, Castrorum, Villarum et aliorum Locorum, et alie simplices persone Ciuitatum et Diocesium, et aliarum partium diuersarum occuparunt et occupari fecerunt Terras, Domos et possessiones, Jura et Jurisdictiones, nec non fructus, census, Redditus et prouentus huiusmodi Vniuersitatis et nonnulla alia bona mobilia et Immobilia, Spiritualia et temporalia ad Magistros, Doctores et Scolares predictos communiter uel diuisim spectantia, ea detinent indebite occupata seu ea detinentibus prestant auxilium, consilium uel fauorem; Nonnulli etiam Ciuitatum et Diocesium et partium predictarum, qui nomen Domini in Vacuum recipere non formidant, eisdem Magistris, Doctoribus et Scolaribus super predictis Castris, Villis et Locis alijs, Terris, Domibus, Possessionibus, Juribus et Jurisdictionibus, fructibus, censibus, Redditibus et prouentibus eorundem et quibuscunque alijs bonis mobilibus et immobilibus, spiritualibus et temporalibus et alijs rebus ad eosdem Magistros, Doctores et Scolares, et super Priuilegijs, Libertatibus ipsis Vniuersitati et Studio concessis spectantibus, multiplices molestias et iniurias inferunt et iacturas. Quare pro parte dictorum Magistrorum, Doctorum et Scola-

rium nobis fuit humiliter supplicatum, Vt cum eis valde reddatur difficile, pro singulis querelis ad Apostolicam sedem habere recursum, prouidere ipsis super hoc paterna diligentia curaremus. Nos igitur aduersus detentores, occupatores, presumptores, molestatores et iniuriatores huiusmodi illo Volentes eisdem Magistris, Doctoribus, Scolaribus et Vniuersitati remedio subuenire, per quod ipsorum compescatur Temeritas et alijs aditus committendi similia precludatur, Discretioni Vestre per Apostolica scripta mandamus, Quatenus Vos Vel duo aut Vnus Vestrum per Vos Vel alium seu alios etiamsi sint extra Loca, in quibus deputati estis Judices et conseruatores, prefatis Magistris, Doctoribus et Scolaribus efficacis Defensionis presidio assistentes non permittatis eosdem super his et quibuslibet alijs bonis et Juribus ad Magistros, Doctores et Scolares predictos spectantibus, et ab eisdem et quibusuis alijs indebite molestari, Vel eis grauamina, seu Damna seu iniurias irrogari facturis dictis Magistris, Doctoribus et Scolaribus, cum ab eis Vel procuratoribus suis aut eorum aliquo fueritis requisiti de predictis et alijs personis quibuslibet super restitucione huiusmodi terrarum et aliorum Locorum, Jurisdiccionum, Jurium et bonorum mobilium et immobilium, Reddituum quoque et prouentuum et aliorum quorumcunque bonorum, nec non de quibuslibet molestijs, iniurijs atque damnis presentibus et futuris, in illis Videlicet, que Judicialem requirunt Indaginem, summarie et de plano sine strepitu et figura Judicij, in alijs Vero, prout qualitas eorum exegerit iustitie complementum, occupatores seu Detentores, presumptores, molestatores, et iniuriatores huiusmodi nec non contradictores quoslibet et rebelles, cuiuscunque Dignitatis, Status, gradus et ordinis Vel conditionis extiterint, quandocunque et quocienscunque

expediret, autoritate nostra per censuram ecclesiasticam appella'ione postposita compescendo inuocato ad hoc si opus fuerit auxilio brachij secularis, Non obstantibus tam felicis Recordationis Bonifacij Pape Octaui predecessoris nostri, in quibus cauetur, ne aliquis ex sua Ciuitate et Diocesi nisi in certis exceptis casibus et in his Vltra Vnam dietam a fine sue Diocesis ad iudicium euocetur: Seu ne Judices et conseruatores a sede predicta depu'ati extra Ciuitates et Dioceses, in quibus deputati fuerunt, contra quoscunque procedere, siue alij Vel alijs Vices suas committere, aut aliquos Vltra Vnam Dietam a fine Diocesis eorundem trahere presumant, Dummodo Vltra tres Dietas aliquis autoritate presentium non trahatur, Seu quod de alijs, qui de manifestis Iniurijs ac Violentijs et alijs, que Judicialem requirunt indaginem, penis in eos si secus egerint et in id procurantes adiectis, Conseruatores se nullatenus intromittant, — quam alijs quibuscunque Constitucionibus a predecessoribus nostris Romanis Pontificibus tam de Judicibus delegatis et Conseruatoribus quam personis Vltra certum numerum ad Judicium non Vocandis aut alijs editis, que Vestre in hac parte possent Jurisdictioni aut potestati eiusque libero exercitio quomodolibet obuiare, Seu si aliquibus communiter Vel diuisim a predicta sit sede indultum, quod excommunicari, suspendi Vel interdici seu extra Vel Vltra certa loca ad iudicium euocari non possint per Litteras Apostolicas non facientes plenam et expressam ac de Verbo ad Verbum de indulto huiusmodi et eorum personis, Locis, ordinibus et nominibus proprijs mentionem, et qualibet alia dicte Sedis indulgentia generali Vel speciali cuiuscunque Tenoris existat, per quam presentibus non expressam Vel totaliter non insertam Vestre Jurisdictionis explicatio in hac parte Valeat

quomodolibet impediri et de qua cuiusque toto Tenore de Verbo ad Verbum in nostris Litteris habenda sit mentio specialis: Ceterum Volumus et autoritate Apostolica decernimus, quod quilibet Vestrum prosequi Valeat articulum etiam per alium inchoatum, quamuis idem inchoatus nullo fuerit impedimento Canonico prepeditus, quodque a Data presentium sit Vobis et Vnicuique Vestrum in premissis omnibus et eorum singulis ceptis et non ceptis, presentibus et futuris perpetuata potestas et Jurisdictio attributa, Vt eo Vigore eaque firmitate possitis in premissis omnibus ceptis et non ceptis, presentibus et futuris et pro predictis procedere ac si predicta omnia et singula coram nobis cepta fuissent et Jurisdictio Vestra et cuiuslibet Vestrum in predictis omnibus et singulis per citationem Vel modum alium perpetuata continue extitisset. Constitutione predicta super conseruatoribus et alia qualiter in contrarium edita non obstante. Presentibus post Viginti quinque annos minime Valituris. Volumus autem quod si alias similis Vel alia conseruatoria Vel concessa per nos Vel alios predecessores nostros Romanos Pontifices Vsque ad certum tempus nondum elapsum ad predictorum supplicantium instantiam super premissis concessa Vel facta fuerit, quod ipsa alias facta concessio Vel commissio et Littere habite super eadem ex nunc sint casse et irrite nulliusque roboris Vel momenti.

Datum Rome apud Sanctum Petrum XVI. Kal. Septembris, Pontificatus nostri anno secundo.

R^ta^ gratis.

C. de Salina.

(Orig. *Bulla pend. Un. Arch. L. LVI. n.* 11; ferner in Form beglaubigter Abschrift inserirt in den Briefen der Bischöfe von Regensburg und Olmütz vom 7. Juli 1413 und 7. Jänner 1424, womit dieselben den diessfalls ihnen gewordenne Auftrag publiciren. Univ.-Arch. Lad. LXII, 54.)

b) 1412, 12. Jänner a). Statut der Universität über die Handhabung des Privilegiums kirchlicher Conservatoren.

Statutum Vniuersitatis super Conseruatoria.

Ne Conseruatoria Magistris, Doctoribus et Scholaribus ad nostram et eorum quietem et incrementum a Sede Apostolica graciose concessa per quorumcunque abusum Vergat in turbationem Nostram aut eorundem Magistrorum, Doctorum et Scholarium nostrorum omnium Vel singulorum praesentium Vel futurorum incommodum et iacturam, prouide duximus statuendum. Quod nulla Natio, Facultas aut membrum nostrum, cuiuscunque praeeminentiae, Status, Gradus, ordinis Vel conditionis existat, Vigore priuilegij aut conseruatoriae nobis et eis a dicta sede concessi in causam trahere praesumat Episcopum, Ducem, Marchionem, Collegium aut Capitulum seu Conuentum Vel Vniuersitatem Ciuitatis, Oppidi, Castri, Villae seu Loci alterius cuiuscunque, aut singulares personas ecclesiasticas Vel seculares, cuiuscunque conditionis seu status existant, ad aliquem Conseruatorem seu Judicem in ipsis Literis conseruatorijs expressum, aut subconseruatorem seu subdelegatum ab ipsis Vel altero eorundem, nisi a Rectore ad Conseruatores seu subconseruatores supradictos petat et obtineat Literam testimonialem, quod membrum nostrum existat. Quicunque autem contra hanc nostram constitutionem quicquam attentauerit, ex transgressione praesentis Statuti ab Vniuersitate et communione nostra ac omnibus Pri-

a) Das Datum dieses Statuts ergibt sich ebenfalls wieder aus folgender Aufzeichnung: „1412, 12. *jan. fuit congregacio vniuersitatis ad deliberandum de modo concedendi vsum eiusdem (conservatoriae) suppositis vniuersitatis racionabiliter, ne ob eius abusum irracionabilem vniuersitas notari valeat vel grauari*“ (*Lib. I. act. fac. art. f.* 151 *v.*).

nilegijs eiusdem nostrae Vniuersitatis ipso facto sit exclusus.

De Qualitate et Continentia Litterarum Testimonialium decernendarum per Rectorem agere Volentibus Vigore Conseruatoriae.

Item Rector nulli Facultati, Nationi aut membro singulari Vniuersitatis nostrae trahere Volenti quacunque in causa decernat Literas Testimoniales, quod trahere Volens quemcunque in causam Facultas, Natio aut singulare suppositum ipsius Vniuersitatis existat, nisi idem prius exprimat coram Rectore ipso ad reddendam Justitiam pro Tribunali sedente personam Vel personas, contra quam Vel quas agere intendit, quae etiam semper nominatim ipsis Literis testimonialibus cum adrectiuis Locorum et conditionum debitis inseratur.

Quod Litterae Testimoniales non decernantur per Rectorem agere Volentibus contra subditos Dominij nostri, nisi in causis quae pertinent ad Forum ecclesiasticum et postea exprimendum.

Item Rector non decernat Literas Testimoniales Nationi, Facultati aut supposito singulari ipsius Vniuersitatis trahere Volenti Vniuersitatem Ciuitatis, Oppidi, Castri aut Villae aut aliquam singularem personam secularem, cuiuscunque conditionis, Ordinis aut Status existat sub Dominio Domini nostri Ducis Alberti aut alterius qui pro tunc regens fuerit in Austria constitutus, ad conseruatores Vniuersitatis principales aut subconseruatores eorundem, nisi in causis de Jure Vel consuetudine ad ecclesiasticum Judicem spectantibus. Sed adeant Conseruatorem Ducalem, nisi idem expresse consenserit. Ex tunc Rector decernere poterit Testimoniales Litteras sicut contra alios nostro Dominio non subiectos.

In negligencia Conseruatoris Ducalis erit ad Dominum recurrendum.

Item si Conseruator Priuilegiorum Vniuersitatis a Domino nostro Duce deputandus pro tempore negligens foret in reddenda justitia contra Domino nostro subiectos: Suppositis nostris querulantibus ex tunc ad exhibendum Justitiae complementum aut ad impetrandam Licentiam adeundi Judicem competentem, erit ad Dominum recurrendum.

Quod Litterae Testimoniales contra Praelatos seu Clericos, similiter contra Laicos in causis ecclesiasticis decernantur solum ad Conseruatorem principalem seu subconseruatores hic in partibus constitutos aut ad ordinarium Loci habeatur recursus.

Item Rector non decernat Litteras Testimoniales Vt praefertur, contra Praelatum seu Clericum de patria ista seu in ea dominium habentem seu moram trahentem contra Capitulum, Conuentum seu aliam Vniuersitatem ecclesiasticam, similiter nec contra Laicos Dominio nostro subiectos in causis, quae de Jure Vel Consuetudine ad Ecclesiasticum Judicem pertinent, ad alium Conseruatorem quam ad Abbatem Scotorum Vel subconseruatorem ipsius Vel alium per conseruatorem principalem in Austria deputandum, ad quem Vel ordinarium liberum sit Suppositis Vniuersitatis nostrae trahere personas iam immediate expressas, nisi Actor Aduersarij sui Vel suorum potentiam perhorrescens ipsum infra Terras Dominij nostri nequeat conuenire secure, ex tunc Rector petentem Litteras remittat ad examen Vniuersitatis.

Rector non decernat Litteras Testimoniales Suppositis Vniuersitatis agere Volentibus contra Vniuersitati Incorporatos, nisi Vniuersitas hoc decreuerit concedendum.

Item Rector non decernat Litteras Testimoniales Vt praefertur, Facultati, Nationi aut Supposito singulari Vniuersitatis contra Facultatem, Nationem Vel etiam Suppositum singulare ipsius Vniuersitatis ad aliquem Conseruatorem principalem aut subdelegandum per ipsos aut aliorum eorundem. Sed Nationes, Facultates et supposita Vniuersitatis in causis, quas sibi inuicem mouent seu mouere intendunt, Rectorem adeant Vel Ordinarium Justiciam postulando, Vt hactenus de Jure et consuetudine est obtentum, nisi ex certis et racionabilibus causis Vniuersitas hoc ex certa scientia duxerit concedendum.

Suppositis Vniuersitatis liberum est adire Conseruatorem principalem quemcunque contra quoscunque extra Dominia Domini nostri Ducis constitutos.

Item Rector libere decernere poterit Litteras Testimoniales, Vt praefertur, membris Vniuersitatis nostrae agere Volentibus contra Vniuersitates, Conuentus, Collegia, Praelatos, Duces, Marchiones, Comites, Barones aut quascunque singulares personas tam ecclesiasticas quam seculares extra Dominia Domini nostri Ducis constitutas ad quemcunque Conseruatorem principalem aut subconseruatorem quem actor duxerit eligendum.

Rector non decernat in causis dubijs sed ad Vniuersitatem remittat.

In causis Vero dubijs Rector non decernat Litteras Testimoniales ad Conseruatores principales seu subconseruatores eorundem in contentiosis, sed remittat petentes Litteras ad examen Vniuersitatis.

Collecta danda pro Littera Testimoniali.

Habere Volens Litteram Testimonialem ad Conseruatorem Vel subconseruatorem, soluat quatuor grossos, quorum Vnus sit Rectoris, alter detur Notario Vniuersitatis, et reliqui duo Fisco Vniuersitatis applicentur. Nec Rector plus exigat nisi a petente Litteras sibi plus libere offeratur. Magistris autem et Doctoribus in tali gradu alicui Facultati Vniuersitatis nostrae incorporatis tales Litterae gratis absque pecunia tribuantur.

(Abschrift im Arch. d. k. k. Stud.-Hofcomm.)

20.

1413, 8. October.

Erhöhung der Immatriculations-Gebühren für die Universitäts-Matrikel.

Die octaua mensis octobris congregata fuit vniuersitas per iuramentum supra articulis infrascriptis.....

Super tercio articulo qui fuit de taxa augenda ex parte eorum, qui denouo vniuersitati nostre cupiunt incorporari, et fuit presentatum vnum conceptum .. et ab vniuersitate approbatum secundum modum, qui infra sequitur:

Augenda videtur Taxa Intytulandorum modo subscripto:

Episcopus soluat tres florenos, dux soluat tres florenos, Comes 2 flor., prepositus ecclesie Kathedralis 2 flor., decanus ecclesie Kathedralis vnam libram denariorum, abbas uel prepositus monasterij uel ecclesie collegiate 1 flor., baro 1 flor., Canonicus ecclesie Kathedralis mediam libram denariorum, simplex nobilis volens tenere statum nobilium mediam libram den., doctor alterius vniuersitatis mediam libram den.,. Magister in artibus alterius vniuersitatis 60 denarios.

Quilibet alter volens studere in Theologia, Jure canonico uel medicina soluat octo grossos ad minus, isto adiecto, quod si per septimanam ultra octo grossos exposuerit pro mensa in cibo et potu, tunc tantum quantum ultra pretactos octo grossos exposuerit, soluat vniuersitati tempore sue intytulacionis.

Si vero intytulandus voluerit studere in artibus, soluat 4 grossos ad minus, sic tamen, quod si quid vltra exposuerit, adiungat tantum, ut supra immediate.

Item de residuo committimus discrecioni intytulandorum, similiter eciam de quantitate, quam vltra octo grossos uel 4 grossos modo predicto expressos exposuerint, videtur eis fore standum.

(Lib. I. act. fac. art. fol. 163 verso.)

21.

1413, 8. October *a*).

Statuten über die Disciplin der Studirenden der artistischen Facultät, insbesondere der Bursisten.

Statuta concernentia pacem et disciplinam suppositorum Facultatis Artium in speciali.

Item pro pace et disciplina nostrorum suppositorum ordinamus et statuimus, quod si quis Bursalium cuiuscunque conditionis extiterit, Verbo conuitioso, contumelioso seu alias merito offensiuo suum Conuentorem Bursae offenderit, quod talis ipso facto poenam soluat sex gross., cuius Vna tertia sit Rectoris Vniuersitatis, et alia Decani nostrae Facultatis, et tertia

---

a) Das fehlende Datum ergänzten wir aus nachstehender Aufzeichnung: „1413, 8. *oct. in congregacione vniuersitatis* . . . 2. *artic. ad audiendum relacionem deputatorum de certis ordinacionibus concipiendis, quibus supposita nostre vniuersitatis ad pacem et disciplinam possent cohercere*" (*Lib. I. act. fac. art. f.* 163).

communitatis Bursae. Et si soluere renuerit, exclusus habeatur a Bursa sic tamen, quod soluat integre censum sine rebellione. Et Vltimus Conuentor habeat plenum posse locandi commodum eiusdem cuicunque Voluerit. Si autem quod absit, manus Violentas in suum Conuentorem iniecerit, absque tamen sanguinis effusione aut alias notabili corporis laesione, poenam soluat Viginti quatuor gross. modo statim expresso distribuendorum, statimque talis exclusus a Bursa habeatur sine gratia, sic tamen quod persoluat censum modo statim expresso. Similiter de commodo eius fiat, Vt mox praefertur. Si Vero ad sanguinis effusionem seu alias notabilem corporis laesionem iniectio huiusmodi processit, ad omnes iam expressas et in simul iunctas talem Volumus obligari. Hortamur tamen omnes Conuentores Bursarum, Vt benigne aduersus Bursales suos se habeant fraterneque corrigant. Alioquin si in praemissis contrarium fecerint, Vtique poenam non euadent, cuius quantificationem et distributionem committimus Rectori Vniuersitatis nostrae, nec non Decano nostrae Facultatis.

Item si Bursalis bursalem Verbo iniurioso etc. Vt supra offenderit, poenae trium gross. subijciatur. Si Vero facto absque sanguinis effusione aut alias notabili corporis laesione ipsum offenderit, poenam duodecim grossorum persoluat. Sed si ad notabilem corporis laesionem cum sanguinis effusione, aut etiam sine effusione huiusmodi factum processit, poenam soluat XXIV gross. distribuendorum vt supra, et a bursa excludatur cum moderamine primae partis statuti praecedentis. Idem Volumus de his qui aliquem de familia bursae grauiter laeserint, obseruari. Si Vero aliquis Verbo Vel facto aliquem de familia sine notabili tamen laesione offenderit, stet sine contradictione poe-

nae iuxta arbitrium conuentoris Bursae decretandae et pro Bursa distribuendae.

Item si Conuentor Domus alicui de suis Bursalibus silentium modeste imposuerit, excessu hoc requirente, quod tunc sileat, potest tamen sine clamore necessitatem suam proponere Conuentori et discrete. Contrarium Vero facientes poenam incurrant trium grossorum distribuendorum, Vt in primo statuto expressum est. Debent tamen Conuentores Bursarum esse oculati, ne in his excedant, alioquin Vtique poenam non euadent, cuius quantificationem et Distributionem committimus Rectori Decanoque nostrae Facultatis.

Item hortamur Conuentores Bursarum, Vt quilibet eorum in mense semel Visitet, et alias etiam habeat posse Visitandi, quotienscunque pro Vtilitate et honestate Domus sibi Videbitur expedire, omnia commoda suorum Bursalium ad conspiciendam habitudinem ipsorum quoad studium in Libris et alijs, Vel difformitatem retractionum a studio, Vt sunt arma et consimilia. Quae si reperta fuerint, Conuentor habeat plenum posse disponendi cum eis iuxta ordinationem quintam in nouis Statutis generalibus Vniuersitatis conceptam. Et si quis Conuentori introitum recusauerit, ipso facto poenam soluat LX. Denar. distribuendorum, Vt in prima ordinatione.

Item nullus Bursalium Instrumentis musicalibus indecenter canat in commodo suo Vel alias in Bursa, nec Clamores ac strepitus indecentes et merito perturbatores sui Vel suorum socij, Vel sociorum et praesertim Vicini Vel Vicinorum exerceat. Et generaliter quod Vllus alterum in suo studio Verbo Vel facto impediat, sed disciplinate ad inuicem se habeant. Alioquin quilibet talium, qui ante pirotegium in hoc excesserit, luat poe-

nam duorum grossorum. Si Vero post pirotegium deliquerit, soluat poenam quatuor grossorum, modo in prima ordinatione expresso distribuendorum. Et si quis in soluendo rebellis fuerit, a Bursa excludatur, et de commodo et censu fiat, Vt supra in prima ordinatione continetur.

Item singuli Bursalium latine proferant in mensa et Loco communis refectionis, quamdiu ibidem perseuerauerint, semper sub poena Vnius obuli, quotiens aliquis ipsorum deliquerit, quem et statim ad requisitionem sui conuentoris dare debet sine contradictione, et si dare noluerit, careat portione, quousque soluat. Et uolumus in his dispositioni Conuentoris stari.

Item si quis Studentium quocunque modo luserit pro pecunia Vltra decem Denarios, infra tamen mediam Libram, quaelibet pars ludentium soluat poenam LX denar. Si Vero pecunia pro qua luserint, Vltra mediam libram se extendat, committimus Rectori et Decano nostrae Facultatis, taliter excedentes grauius puniendos, secundum exigentiam et quantitatem excessus. Si autem luserint pro pecunia infra decem Denar., committimus ad arbitrium Conuentoris, sic tamen quod poenam non euadant. Et in omnibus praedictis etiam secundum exigentiam delicti fiat poena maior. Item simili poenae subijcimus eos, qui luserint epizechis, balneis et similibus. Vt et si aliquis admonitus per Conuentorem suae Bursae non destiterit, poenam dictam soluat et exclusus a bursa habeatur, et de censu et commodo fiat vt supra.

Item Volumus quod omnes stantes extra Bursam Vbicunque luserint, simili poena multentur et per Rectorem et Decanum nostrae Facultatis, aut alterum eorum quemlibet diuisim et quam statim ipsis aut alteri ipsorum constiterit aliquem Vel aliquos sic excessisse.

S t a t u i m u s etiam illud, quod Conuentores Bursarum ac Rectores Domorum studentium diligenter inuigilent circa tales, quia si per ipsorum torpores huiusmodi acciderent, aut ipsorum aliquismet luserit, ipso facto quilibet talis duplici poenae subiaceat. Poenae autem huiusmodi distribuantur, Vt in prima ordinatione est expressum.

I t e m singulae Conclusiones honeste et licite per Conuentorem alicuius Bursae conclusae ex Votis maioris partis Bursae sortiantur effectus executionis, nullo contradicente. Quod si aliquis secus fecerit, poenam luat trium gross. pro Bursa distribuendorum. Si autem aliquis de Bursalibus se circa conclusionem conclusam senserit grauatum, potest Decano nostrae Facultatis exponere, cui committimus plenum posse discutiendi et ordinandi circa talem.

I t e m nulli Bursalium procurent in specialj per conspirationes aut inductiones particulares nouas Conclusiones concludendas contra Conuentorem Bursae Vel aliquem de familia. Sed quidquid ipsis displicuerit, proponant Conuentori discrete, qui si emendationem non fecerit, poterit Decano nostrae Facultatis proponere, quem obligamus in his facere, quod Justitia exigit, si autem secus fecerit, poenam soluat LX Denar. distribuendorum, Vt in prima ordinatione est expressum. Et si huiusmodi conspiratio aut inductio Vergeret in notabile grauamen Conuentoris uel Bursae, talis per Rectorem et suos Assessores secundum exigentiam delicti grauius puniatur.

I t e m si quis Studentium commodum alicuius in Bursa conuenerit et tempore debito non intrauerit, aut ante terminum mutationis exierit, aut infra terminum Bursam ponere renuerit, talis pro qualibet ebdomada in satisfactionem Domus et familiae soluat pro poena

tantum quantum sibi ex parte Rectoris Bursae et familiae cederet contribuendum si praesens esset, nisi ex rationabili causa, consensu Conuentoris super hoc requisito, merito debeat haberi supportatus. Sed si ex proteruia aut ex alio sinistro motiuo quis Bursam ponere non Vellet, a Bursa excludatur, et de commodo et censu fiat, Vt supra in prima ordinatione; quo non obstante adhuc talem obligari Volumus ad exsoluendum per integram mutationem lignalia, carbonalia et poenam ebdomadalem statim expressam. De rationabilitate autem causae habeat Videre Decanus nostrae Facultatis cum suis Consiliarijs et Conuentor Domus illius.

Item nullus Bursalium in casu, in quo Bursam alicuius exire Voluerit, pro eo alium habeat substituere in suum locum secundum sui placitum, sed proponat causam sui exitus Conuentori suo, quae si rationabilis fuerit, tunc Conuentor habeat autoritatem suscipiendi alium sibi placentem et posse approbandi illum, quem alter sibi adduxerit. Alioquin stet poenae in proxima ordinatione expressae cum suis moderaminibus. Cauendum tamen est, quod Conuentores nullum odio repellant, alias poenam non euadent.

Item nullus Bursalium praesumat tenere in Bursa aliquem alienum contra consensum et prohibitionem Conuentorum. Oppositum Vero facientem pro qualibet Vice Volumus incurrere poenam quatuor grossorum pro Vsu communitatis exponendorum. Et si aliquis practer consensum aliquem seruauerit, qui alicui in Bursa inferret periculum Vel damnum, tunc talis stet pro facinore commisso, ac simet perpetrasset.

Item si quis Bursalium cum muliere suspecta in Bursa occulte deprehensus fuerit, soluat sine contradictione poenam trium grossorum. Si secundario in simili repertus fuerit, soluat duplum; qui si non desistens

tertio ita inuentus fuerit, sui Conuentoris Bursam excat sine gratia obtinenda. Poenas autem Conuentori committimus pro Vtilitate communitatis distribuendas. Quilibet autem manifeste in tali excessu deprehensus, poenae exclusionis immediate expressae subijciatur, et de commodo et censu sic excedentis fiat sicut supra in prima parte primi statuti est expressum.

Item ne Bursales temporibus mutationum sese in commodis impediant, Volumus obseruari, Vt nullus sine consensu de nouo intrare Volentis et Conuentoris Domus eiusdem Vltra octauam sancti Michaelis, aut etiam octauam sancti Georij commodum per intrare Volentem conuentum occupet, sub poena IV gross., cuius Vna medietas sit Conuentoris, et alia intrare Volentis.

Item Statuimus, quod quilibet Bursalium non Baccalaureus actu studens in Artibus ad finem Exercitij Bursalis qualibet nocte permaneat sub poena qualibet Vice Duor. Denar. suae Bursae appropriandorum. Baccalaurei autem actu in Artibus studentes ad arguendum obligati sint qualibet nocte secundum ordinationem sui Conuentoris in exercitio Bursali sub poena eadem, qua scholares, de quibus praefertur, interesse tenentur, nisi contrarium causa rationabilis exposcat, quam quilibet de praedictis declarare debet suo Conuentori, in qua si contentus fuerit, bonum; sin autem, persoluat poenam, Vt praemittitur.

Item quilibet Conuentor diligenter inuigilet, ne sui Bursales, et praesertim de nouo Venientes nimis sumptuose Viuant, nec aliunde distrahantur, sed eos fraterne corrigant, et amplius, si opus fuerit, ad superiores deducant, qui si incorrigibiles reperti fuerint, a consortio aliorum excludantur. Caeterum ibi Conuentores et eorum Bursales honeste se habeant in Vestitu et moribus iuxta decentiam sui status.

Item si quis Baccalaureorum Vel Scholarium per integram quindenam extra Vacationes generales Vniuersitatis sine rationabili causa Decano nostrae Facultatis, Vel eius Conuentori exponenda Lectionem publice non audierit, et monitus per Conuentorem non destiterit, a Bursa excludatur.

Item Volumus, quod fiat executio illius Statuti, quo cauetur, quod non stent plures simul quam quatuor sine Magistro, Baccalaureo aut alio, cui tanquam Rectori obediant. Et si qui nollent Viuere secundum hoc Statutum, sciant sibi promotiones Facultatis denegandas.

Item Volumus, quod quodlibet Suppositum nostrae Facultatis stans extra Bursam, siue hoc sit cum hospite, aut tres Vel quatuor cum Magistro Vel Baccalaureo aut in seruitio alicuius Ciuis, aut in Domo pauperum, siue secundum consuetam multorum Scholarium denominationem in Codria excedens in Casibus descriptis, Vt sc. si quis offenderit Magistrum cum quo stat, aut Baccalaureum siue alium sibi per Rectorem Vel Decanum nostrae Facultatis pro Rectore deputatum aut hospitem suum, aut Vnus alium Vel familiam hospitis aut communitatis ipsorum, quod tales proportionaliter puniantur sicut supra est descriptum de his, qui stant in Bursa, hoc tamen dempto, quod multa pecuniaria stantis cum hospite solum diuidi debet in duas partes. Ita quod hospes nihil habeat et de alijs fiat, Vt supra est expressum. Pariformiter, si aliquis talium extra Bursam stantium cum muliere suspecta excesserit modo Vel modis dicto aut dictis in XIII Statuto, puniatur poena ibidem expressa. Volumus tamen, quod illi, qui in domibus pauperum stant siue in Codrijs, ceteris grauius pro huiusmodi excessibus puniantur, et hoc Vel in pecunia, Vel in corpore, Vel in carceratione, seu in promotionibus, prout Rectori et suis, aut Decano nostro et

suis, Vel etiam toti Facultati nostrae Visum fuerit expedire.

Item Volumus et Statuimus, quod singulae poenae in praecedentibus Statutis seu Ordinationibus Facultatis nostrae expressae nullatenus Jurisdictionem Rectoris aut Decani nostrae Facultatis, siue totius Facultatis minuant, quoquo modo praeueniant. Imo ordinamus et ardenter desideramus, quod Rector et Decanus nostrae Facultatis cum suis aut etiam tota Facultas quemlibet dicto modo aut dictis modis excedentem, secundum exigentiam delicti, non obstantibus poenis praenominatis seriosius et grauius puniant Vel puniat cum effectu.

(Abschrift im Arch. der k. k. Stud.-Hofcomm.)

22.

1414, 31. Juli.

Neuerliche Disciplinar-Statuten für die Angehörigen der Universität über Auftrag des Herzogs Albrecht V. abgefasst.

In nomine domini Amen. Anno natiuitatis eiusdem Millesimo Quadringentesimo Quartodecimo. Indiccione septima, vndecima die Mensis octobris hora vesperarum vel quasi; Pontificatus Sanctissimi in Christo patris ac domini nostri domini Johannis diuina prouidencia pape XXIII anno quinto. Venerabilis ac Scientificus Vir Magister Cunradus de Rotenburg Canonicus Collegiate Sancti Stephani in Wienna, pro tunc decanus facultatis arcium vniuersitatis studij wienn. pat. dioc. in mei Notarij publici ac testium subscriptorum presencia quoddam instrumentum publicum sanum et integrum non abrasum aut cancellatum ac in nulla sui parte penitus suspectum discreti viri Georij Melkchaymer clerici patauien. dioc. publici imperiali auctoritate notarij veris signo et nomine insignitum produxit requirens me notarium publicum subscriptum, quatenus sibi nomine

facultatis arcium predicte copia seu transsumptum pretacti instrumenti publicam et autenticam ad formam redigerem seu super hoc publicum sibi conficerem instrumentum. Cuius quidem instrumenti tenor per omnia sequitur in hec verba.

In nomine Domini Amen. Anno Natiuitatis eiusdem Millesimo Quadringentesimo Quartodecimo. Indictione septima, die vltima mensis Julij. Hora vesperarum vel quasi. Pontificatus sanctissimi in Christo patris, et domini nostri domini Johannis diuina prouidencia Pape Vicesimi Tertij Anno quinto. Vienne Patauiensis Diocesis in Stuba maiori Collegij Domini Ducis Austrie, in venerabilium virorum dominorum Sacre Theologie, Juris Canonici, et Medicine Doctorum ac Magistrorum in Artibus, ad conuocationem alme Vniuersitatis Studij Wiennensis generaliter vocatorum, atque in mei Notarij publici, Testiumque infra scriptorum presentia personaliter constitutus venerabilis vir Magister Petrus Dekchinger Licenciatus in Decretis, Rector eiusdem Vniuersitatis, habens in manu sua quandam cedulam papyream quedam noua statuta in se continentem. Que quidem Statuta ad sanctum et salubre desiderium illustrissimi Principis et domini domini Alberti Quinti Ducis Austrie Stirie Carinthie etc. in dicta conuocatione proposita et exposita matura deliberacione prehabita per Facultates dicte Vniuersitatis iuxta solemnem consuetudinem in conuocacione Magistrorum diucius obseruatam de expresso consensu, certaque sciencia, beneplacito et voluntate Doctorum et Magistrorum omnium tunc presentium Vniuersitatem facientium nomine ipsius Vniuersitatis de cetero obseruari statuit, et statuta solenniter ordinauit. Cuius quidem cedule per omnia tenor sequitur et est talis.

Quia nostre Vniuersitatis quorundam suppositorum

indomita adolescencia mitioribus primitiuorum statutorum habenis in rectum dirigi non patitur, imo recalcitrans effreniter per vitiorum deuia sibi alijsque nociue cursu precipiti malorum rapitur in abissum, Serenissimi Principis et domini nostri graciosissimi domini Alberti Quinti malorum exinde oriencium immanitatem detestantis requisicione legittima permoti nec non et zelo pietatis, quo ad nostrorum suppositorum in moribus scienciaque profectum paterne feruemus, incandescentes ex intimis, Nos Rector, singularum Facultatum Doctores et Magistri Vnanimi consensu autoritate cuiusdam ducalis Priuilegij decreuimus quedam nostre Vniuersitatis statuta vetera certis vallando penis innouare et quedam noua prioribus addere, prout ad nostrorum suppositorum disciplinam pro qualitate temporis et circumstanciarum diutinis et maturis deliberacionibus prehabitis censuimus opportunum.

In primis attendentes nostrorum scolarium noctiuagia nedum scolasticis studijs impedimenta maxima presture, plura vitia parere, sed et serenissimo domino nostro Principi prefato, imo omnibus suis subditis tam Castrensibus quam ciuibus intollerabiles inferre iniurias, molestias, displicencias et offensas, hincque tam ipsis quam alijs ingentia exoriri pericula, et ob id eos a talibus possetenus satagen compescere, ne tantorum malorum participes, aut patroni turpitudinum videamur, Statuimus quod quilibet gubernator Burse aut hospes Studentium sero tempore solito suos includat incolas obseruando. Insuper diligenter consideret si quis eorum forte desit aut exeat cum armis hostiliter, aut instrumentis musicis, aut alias sine causa racionabili et sine lumine ambulet in plateis. Et si quem compererit, ipsum die proxime sequenti sub pena vnius floreni teneatur denuntiare Rectori, a quo requisitus de eius

conuersacione et excessu fateatur nudam per omnia veritatem.

Item postquam gubernator Burse, vel hospes studentium tempore solito sero, vel etiam quandoque de die ad cauendum pericula pugnarum aut insultuum vel ex alia causa racionabili domum suam claudi disposuerit, nullus presumat absque eius consensu aliena claue aut quouis ingenio reserare, seram nec infringere audeat, nec per insolitas hostiorum, fenestrarum aut quaslibet alias huiusmodi aperturas, aut vltra muros aut tecta aut quomodolibet aliter egredi sub pena vnius floreni aut exclusionis a domo maneatque eius commodum ad vsum hospitis pro recompensa iniurie, censum tamen integre soluere teneatur.

Item nullus studentium extra suum hospicium sine scitu et consensu sui hospitis pernoctet, sub pena decem grossorum, nisi forte casu aut inaduertenter in loco honesto tamdiu tardauerit, ut iam seratum suum hospicium discrete pulsando ingredi nequeat, quam causam, ut penam euadat, habeat de mane sufficienter suo Conuentori aut hospiti declarare. Eidem pene subiaceant facientes ante Bursas seu domos studentium congregaciones aut staciones in multitudine, quibus vicinis aut pretereuntibus verbalis aut realis iniuria inferatur. Saluis tamen statutis Vniuersitatis nostre alijs, per que grauius excedentibus secundum qualitatem excessuum maior pena describitur infligenda, quibus per presens Statutum non volumus derogare. Sed et eos ejdem pene subijcimus, qui ad clausa sua hospitia petendo ingressum indiscretis pulsibus, strepitibus aut clamoribus inhabitantes et vicinos presumpserint molestare. Item Statutum nostrum vetus de noctiuagis de cetero uolumus cum subscripta moderacione obseruare. Quod si quis studencium post piriteginm sine lumine aut sine

indicio luminis casu extincti diuagari in platea cum armis hostiliter presumpserit, si per Iudicem ciuitatis aut aliam publicam potestatem aut ipsorum ministros ac officiales deprehensus, captiuatus iacturaque armorum aut alia pena iuxta consuetudinem Ciuitatis pro tali excessu mulctatus fuerit, non intendimus nec volumus, sicut nec debemus, nos, ne de transgressione mandatorum nostrorum et malitia commodum reportent, de ipsius liberacione pretextu priuilegiorum nostrorum pro hac vice aliqualiter occupare. Si quis uero taliter ambulans manus Ciuitatis et mulctam euaserit, denunciatus Rectori et per ipsum certitudinaliter cognitus penam decem grossorum Rectori quilibet soluere teneatur.

Item Statuto nostro veteri studentibus arma vetanti apponimus statuentes de nouo, Quod nullus Studencium in camera sua absque expressa licencia et consensu Rectoris et suj Decani arma habeat. Sed si qua forte preter Rectoris et sui decani licentiam et consensum habere voluerit, sui Conuentoris aut hospitis custodie committere teneatur, qui sibi talia nonnisi ad vsum necessarium restituat. Si quis vero studencium contra premissa in camera sua retinuerit arma, vel in die, vel in nocte arma portauerit, vel post se portari fecerit, penitus ea perdat. Quod si quis arma edicto et consuetudine Ciuitatis Wiennensis prohibita detulerit, vel post se deferri fecerit, vt Balistam, arcum, cuspidem vel huiusmodi, ipsis omnino perditis nihillominus eciam decem grossorum penam soluere teneatur, nisi forte ad locum distantem proficiscens, vel a distanti loco veniens valeat se per hoc a solutione pene armorumque iactura racionabiliter excusare.

Item Armorum nomine nedum gladios, lanceas et huiusmodi instrumenta hostilia, sed eciam pugiones et fustes, clauas et lapides nec non et Thoraces, Loricas,

queuis munimenta capitis, brachiorum aut crurium, et generaliter omnia, que ad offensionem seu defensionem pertinent, volumus comprehendi, imo et cultellos, mensuram palmi in suis lamis excedentem studentibus interdicimus pena sub eadem.

Item, quia nonnunquam insolencias, turbaciones imputatas studentibus per Laicos eis cohabitantes motas meminimus, Statuimus quod nullus gubernator Burse seu domus studencium in cameram suscipiat, vel in cameram cuiuspiam sui incole aut in communi mensa patiatur aliquem nostre Vniuersitati non incorporatum vltra vnam heptomadem, nisi forte studentis sui incole nuntium aut consanguineum aduenam de communi consensu omnium ex racionabili causa diucius censuerit tollerandum. Promittente tamen ipso studente, cui attinet, quod pro damnis, turbacionibus et iniurijs, si quas forte ibidem commiserit, satisfaciat ac si ipsemet ipsa facinora perpetrasset.

Item non fiat in aliqua Bursa vel habitacione studencium liberum forum, quod „Freymarckh“ alias „lewra“ nuncupatur.

Item vt in Bursis et alijs studencium domibus tam ydonej preficiantur Rectores, vt eos in moribus et sciencijs preire ac a malis valeant cohercere, Statuimus, vt nullus in posterum ad regimen Burse seu Domus studencium anhelare presumat, nisi a Rectore et Decano sue facultatis concorditer ad hoc tanquam ydoneus et sufficiens approbetur. Si quis vero contrarium attemptare presumpserit penam vnius libre denariorum Wienn. incidat ipsoque a regimine domus amoto, eciamsi alias ydoneus fuerit, idem Rector et Decanus in eius locum alium ydoneum habeant surrogare.

Item quilibet gubernator Burse aut habitacionis studencium tam presens quam futurus juret in manus

Rectoris, quod omnes ordinaciones et Statuta regimen Bursarum concernentia nunc editas uel edendas possetenus obseruabit, sueque Domus incolas, prout vnumquemque concernit, ad obseruandum sollicitet, ipsisque simul congregatis qualibet quarta anni semel legat, ne quisquam per eorum ignoranciam se valeat excusare. Quicunque vero hoc iurare recusauerit, tanquam non ydoneus a domus regimine remoueatur nec vnquam in futurum ad regendum Bursam ydoneus approbetur.

Item, ne quisquam nostrorum Statutorum transgressor pecuniarum summam soluere non habens ob inopiam impunis transeat, aut ne quis forte solucione pecuniarum reputet se grauari, Statuimus, quod talis vel alia de causa nolens soluere, pro decem grossis penam carceris vnius hebdomadis sponte subeat. Si quis vero vtramque penam sustinere recusauerit contumaciter, a nostra Vniuersitate ipso facto sit exclusus, talisque denuncietur publice tanquam incorrigibilis et rebellis.

Item, quia frustra conduntur Leges, si non sit, qui manutenendo eas satagat obseruare Statuimus, quod Juramentis Rectoris tempore eleccionis prestari solitis inseratur, quod de premissis excessibus diligenter inquirat, et a quibuslibet transgressoribus penas districte exigat et nulli parcat, habeatque potestatem, quemlibet nostre Vniuersitati incorporatum super his requirere, fama tamen vel suspicione precedente. Et quilibet a Rectore requisitus teneatur veritatem de alio dicere sub pena periurij et exclusionis, non obstante quod forte promissione vel Juramento se ad celandum astrinxerat, quia talismodi promissionem vel Juramentum in preiudicium obedientie Rectori et Vniuersitati debite, ac impedimentum execucionis iusticie et emendacionis culparum legittime decernimus non valere.

Item Bedellis districte precipimus sub pena suspensionis a suo officio, quod transgressores premissorum diligenter considerent, et si quem forte pene obnoxium aut arma gestantem agnouerint, Rectori ipsum denunciare infra vnius diei spacium sub pena periurij teneantur, et vt vigilantius id faciant, volumus quod Bedellus primo aliquem denuncians de pena, quam soluet, aut armis, habeat duos grossos, residuum vero penarum omnium et valorem armorum ita distribuendum decernimus, Quod si tam clare in Statutis fuerit pena vel armorum predicio diffinita, vt Rectoris et suorum assessorum arbitrio vel declaracione non egeat, vna medietas sit Rectoris, et Vniuersitati nostre reliqua confiscetur. Si vero pena sit Rectoris et suorum assessorum arbitrio derelicta, vel denunciatus pro sui excusacione causam tam ambiguam allegauerit, vt per Rectorem et suos Assessores examinanda videatur, per eosdemque declaratum fuerit, quod talis merito penam soluere vel arma perdere debeat, tunc quarta pars residuj sit Rectoris, reliqua quarta Vniuersitatis, medietas vero sit Assessorum, Ita tamen quod si aliquis eorum huiusmodi arbitrio personaliter non interfuerit, nihil habeat, sed Vniuersitati eciam eius portio infiscetur.

Item vt Rector nostre Vniuersitatis omnibus coram se agentibus iudicialiter in causis quibuslibet expedicius valeat iusticiam facere, neque contumaciter cuiuspiam in dilationem execucionis Justicie impune vergat, Statuimus, quod quilibet citatus legitime, si in primo termino contumax iudicatus fuerit, quatuor grossorum, in secundo Termino octo grossorum pena multetur; in tercio vero Termino si contumax perdurauerit, ipse cum omnibus suis bonis arrestetur, ipseque actor in rerum suarum possessionem mittatur in mo-

dum debiti declarati, quorum possessionem non recuperet, donec parti conquerenti ac Vniuersitati mediante iustitia satisfaciat. Quodsi Actori et Vniuersitati hoc modo satisfieri non valeat, mox ipse arrestatus a nostra Vniuersitate publice excludatur.

Item si quis studencium de mandato Rectoris in persona vel rebus ad cuiuscunque instanciam arrestatus sine licentia eiusdem Rectoris aut consensu partis recesserit, aut res arrestatas abstulerit, ipso facto a nostre Vniuersitatis consorcio et priuilegijs sit exclusus, et publice in Consistorio vel in valuis Collegiorum talis denuncietur, secundum quod eius exegerit proteruitas, quam Rectoris et suorum assessorum arbitrio relinquimus estimandam.

Item nullus nostrorum studencium tempore Carnispriuiali aut alio quocunque tempore anni incedat per plateam laruatus aut velata facie vel habitu insolite euerso vel commutato cum armis sub pena decem grossorum aut amissione armorum.

Super quibus omnibus et singulis in perpetuam rei memoriam prefatus Magister Petrus Deckhinger Rector dicte Vniuersitatis Wiennensis vnum vel plura publicum vel publica Instrumentum et Instrumenta per me Notarium publicum infrascriptum fieri postulauit. Presentibus ibidem venerabilibus viris dominis Magistro Berchtoldo de Ratispona ordinis heremitarum sancti Augustini Magistro Theologie et Decano facultatis eiusdem, Magistro Petro de Pulka Magistro Theologie, Domino Casparo Mayselstain, Decano Facultatis Juris Canonici, Domino Johanne Sindrami Decretorum Doctore, Magistro Vdalrico Gruenwald Doctore in medicina, Decano facultatis eiusdem, Magistro Joanne Aigel Doctore in Medicina, Magistro Conrado de Ro-

tenburg Baccalario formato in Theologia Decano Facultatis Arcium, Magistro Vdalrico de Patauia, Magistro Johanne de Gmundñ et pluribus alijs fide dignis Testibus circa premissa.

Et ego Georgius Melkchaimer de Prawnaw Clericus Patauiensis Diocesis publicus Imperiali autoritate notarius. Quia prescriptis ordinacionibus et statutis omnibusque alijs premissis, dum sicvt premittitur, ficrent et agerentur, vnacum prenominatis Testibus presens interfui, eaque sic fieri vidi et audiui, Ideo hoc presens publicum Instrumentum manu propria scriptum exinde confeci, publicaui et in hanc publicam formam redegi, Signoque et nomine meis solitis et consuetis signaui, In fidem et Testimonium omnium et singulorum premissorum. Acta sunt hec Wienne patauiensis dioc. in Curia collegij dni. ducis Austrie etc. Anno Indiccione mense die hora et pontificatu quibus supra, presentibus ibidem honorabilibus et peritis viris Magistro Nicolao Beydner Canonico ecclesie transsyluan. et Magistro Johanne de Gmunden collegiato collegij ante dicti clerici transsyluan. et patauien. dioc. testibus fide dignis ad premissa vocatis et specialiter requisitis.

Signum Notariatus. Et Ego Narcissus Hertz de Berchingen Clericus Eysteten. dyoc. publicus Imperiali auctoritate Notarius quia publice produccioni seu exhibicioni predicte omnibusque alijs et singulis premissis, dum sic ut premittitur, fierent et agerentur, vnacum prenotatis testibus presens interfui ac ea sic fieri vidi et audiui Ideoque instrumentum hoc presens publicum per alium, me alijs occupato negocijs, fideliter scriptum exinde confeci et in hanc formam publicam redegi ac propria manu subscripsi, Signo eciam

et nomine meis solitis et consuetis insigniui in euidens et perpetuum testimonium premissorum.

(Pergament. Univ.-Arch. Lad. XXXIX, Nr. 35.)

23.

1414, 21. December.

Herzog Albrecht V. ertheilt nähere Bestimmungen über die Vornahme von Ergänzungs-Wahlen für das herzogliche Artisten-Collegium.

Wier Albrecht von Gottes genaden Hertzog zw Oesterreich etc. *a*)....... Item als weilendt der Hochgeborn furst Vnnser lieber Vetter Hertzog Wilhelm seliger gedechtnus aufgesetzt hat, das Vnnder den Zwelfen Artisten, dj Maister Vnnsers Collegij haben Zw welen, Sechs Nuer von Vnnsern Vettern Vnnd Vnnsern Lannden, ob man dj gehaben mag, gewellet Vnnd aufgenommen sollen werden, Vnnd Sechs von anndern oder derselben Vnnser Vettern Vnnd Vnnsern landen. Setzen Vnnd maynen wir das es dabey beleibt. Doch In solcher mass das nun furbasser dj selben Sechs Maister drey Von Vnnserm Lanndt Zw Osterreich oder ob der Enns Vnnd drey Von Vnnser Vettern Lannden ob man die gehaben mag, die nutz Vnnd fueglich sein, wele Vnnd aufneme Vnnd das die ordnung derselben Waal also gehallten werdt. Wen man die Zwen Maister Von Vnnserm Lanndt Zw Osterreich oder ob der Enns aufgenomen Vnnd gewelet hat als Vorgeschriben stcet das den darnach wen es Zw schulden khumbt gewellet vnnd aufgenomen werdt Ain Maister Von Vnnsern Vettern Lannden. Darnach aber einer Von Vnnsern Lande Zw Osterreich oder ob der Enns,

a) Vergleiche die Beilage XII, 2 im ersten Bande, zweiten Theil S. 34.

Vnnd darnach alweg einer Von Vnnser Vettern Lannden, Vnnd einer Von Vnnsern Lannden Zw Osterreich oder ob der Enns ob man die gehaben mag Vntz das dj Zall der Sechs maister Von Vnnser Vettern Lannden Vnnd Vnnsern Lanndt Zw Osterreich In dem Collegio ganntzlich erfüllet werdt. Vnnd wie offt darnach ennderung in demselben Collegio Vnnd den Maister der Siben khunst geschah, Wie sich das fuegte, dadurch notturfft ist annder maister Zu Welen, das dj wall den alweg gehallten Vnnd gethan worden, als hieuor geschriben steet. Sonderlich ist Vnnsers mainung das Zw denselben sechs stenten Vnnd auch Zw den anndern stentten der Siben khunsten Vnnsers obgenanten Collegij Niemant durch gunst, freundtschaft, khundtschaft noch lieb gewelet, noch von anndern Ennden hergeuodert werdet, nur allain es sey wissentlich Vnnd offen das derselb maister den man dartzue welen will nütz Vnnd fueglich dartzue sey, Vnnd das er das hie bei Vnnser Schuel mit lesen vnnd mit anndcr arbait die dartzue gehort bewaret hab Vnngeuerlich. Item so offen wier, das diser Vnnser Ausspruch vnnd Aufsatz von der Egenannten Waal wegen beleiben vnnd gehallten soll werden Vnntz an Vnnser oder Vnnser Erben widerruefen. Mit Vrkhundt ditz briefs. Geben Zw Wien An S. Thomas tag des Zwelfpoten Nach Christi gepurt. Viertzehenhundert Jar vnd Im 14. Jar darnach. (Abschrift im Arch. d. k. k. Stud.-Hofcomm.)

24.

1419, 17. December.

Statut über die Ersetzung einer unter der Zeit der Amtsdauer erledigten Rectors-, Decans- oder Procurators-Stelle.

Item decima septima die mensis decembris fuit congregata vniuersitas super articulis infrascriptis: se-

cundus articulus, quid faciendum sit in casu, in quo Rector vniuersitatis, aut alius officialis eiusdem suum officium non potest exercere, quia tunc moriebatur M. Lampertus de Gelria Rector Vniuersitatis et pro tunc difficultas fuit, quis deberet intimare pro eleccione noui Rectoris. Pro illo articulo conclusum fuit, quod si Rector Vniuersitatis decederet, quod tunc decanus facultatis, de qua Rector est, intromittat se de laboribus Rectoris defuncti, et hoc est verum, dummodo talis Decanus possit alias esse Rector, quod factum est propter Religiosos et propter Magistros et doctores habentes vxores legittimas. Si vero alias talium iam dictorum esset decanus, in tali casu non habet se intromittere de laboribus Rectoris defuncti, sed senior doctor uel magister presens et regens in eadem facultate, de qua electus est Rector defunctus. Si vero decanus alicuius facultatis decesserit, tunc senior doctor uel magister presens et regens eiusdem facultatis habet se intromittere de laboribus eiusdem decani defuncti. Si vero procurator alicuius Nacionis defunctus fuerit, tunc senior doctor uel magister presens et regens Nacionis, de qua talis procurator fuit, debet se intromittere de laboribus eiusdem procuratoris et facere congregacionem omnium suppositorum eiusdem Nacionis pro eleccione noui procuratoris. Si vero ista Nacio deficeret in doctore et magistro, tunc faciat baccalarius eiusdem Nacionis senior congregacionem omnium suppositorum eiusdem et alia, que ad procuratorem pertinent vsque ad eleccionem alterius. Si vero talis nacio deficeret in graduato presente, tunc scolaris eiusdem nacionis honestus faciat ut prefertur.

(Lib. II. act. facultatis art. fol. 34.)

25.

1420, 27. Mai, Florenz.

Papst Martin V. ertheilt dem Rector der Wiener Universität im Vereine mit den vier Decanen das Recht, über die Angehörigen derselben geistliche Gerichtsbarkeit und Strafgewalt mit Inbegriff der Excommunication zu üben, und von diesen Kirchenstrafen auch wieder zu lösen.

Martinus Episcopus Seruus seruorum Dei Ad perpetuam rei memoriam. In supreme Dignitatis apostolice specula licet immeriti disponente domino constituti ad uniuerse nostre uigilantie creditos eorumque indemnitates ac commoda tanquam precipuus gregis dominici pastor commisse nobis speculationis aciem, quantum nobis ex alto permittitur, extendentes Votis illis gratiosum efferimus auditum, per que litterarum complectentes Studia, quibus diuini nominis, fidei quoque orthodoxe cultus protenditur, militans ecclesia tam spiritualiter quam temporaliter sustentaculo ducitur, omnisque conditionis humane dilatatur prosperitas, et illis munere diuino dedicata loca nostre prouisionis opem, successum attingant optatum, eorum vigeat status serueturque pacificus, et propagato fructu feliciter iugiter suscipiant incrementa. Hinc est quod nos dilectorum filiorum Rectoris et Vniuersitatis studij oppidi Viennensis patauiensis dioecesis in hac parte supplicationibus inclinati, Rectori Vniuersitatis eiusdem pro tempore existenti, etiamsi dignitatem vel personatum non obtineat, aut Canonicus Ecclesie Cathedralis non existat, et in minoribus fuerit dumtaxat ordinibus constitutus, vnacum consilio et assensu quatuor decanorum siue consiliariorum dicte Vniuersitatis, qui per illam iuxta ipsius consuetudinem ad hoc pro tempore extiterint electi, de omnibus et singulis tam ciuilibus quam cri-

minalibus, ac etiam iniuriarum in oppido predicto irrogatarum pro tempore causis et actionibus, que inter quoscunque de membris ac suppositis dicte Vniuersitatis, seu contra illos aut quemvis ex eis per ciues habitatoresque et incolas oppidi prefacti moueri et intentari contigerit iuris obseruato rigore cognoscendi, illasque audiendi, decidendi et fine debito terminandi in eis quoque, prout facti proposcerit qualitas, ac Rectori et eligendis eisdem videbitur pro tempore, etiam summarie, simpliciter et de plano, nec non sine strepitu et figura iudicij procedendi de quibuscunque etiam criminibus, delictis et excessibus per quoscunque membrorum et suppositorum huiusmodi cuiuscunque etiam dignitatis, status, gradus, ordinis, conditionis, seu preeminentie existant, interim quod de huiusmodi membris et suppositis fuerint infra muros oppidi predicti eiusque districtum pro tempore commissis inquirendi, et etiam an ea perpetrantes, si clerici degradandi, si vero illorum non gauderent priuilegio, alias morte plectendi suadente iustitia forent, absque tamen pronuntiatione condemnationis, desuper per ipsum sententialiter faciendi, sciscitandi et cognoscendi, illaque nisi huiusmodi degradationem siue mortem de iure exegerint, ac ipsos perpetrantes etiam, si opus fuerit, cum secularis brachij inuocatione auxilij corrigendi et puniendi, nec non carceres publicos et priuatos pro huiusmodi correctionibus et punitionibus faciendis in aliquo loco dicti oppidi ad hoc iuste acquirendo tenendi et deputandi, ipsaque membra et supposita ac ex eis quemlibet, quoties legittima suberit causa, canonicis seruatis sanctionibus excommunicandi et excommunicatos publice denuntiandi, alijsque censuris et penis ecclesiasticis percellendi et ab illis absoluendi plenam et liberam autoritate presentium facultatem concedimus et etiam potestatem,

Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrarijs quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum.

Datum Florentie VI. Kal. Junij. Pontificatus nostri Anno Tercio. R[ta] gratis.
Arnoldus.

(Univ.-Arch. Lad. XLII, n. 59.)

26.

1423, 6. August.

Statut und Uebereinkommen über die Verwendung der Magister des herzoglichen Artisten - Collegiums zu Vorlesungen in andern Facultäten.

Presentem concordiam facultatum theologie et arcium pariter et domus Collegij domini ducis approbauit illustrissimus princeps dominus Albertus quintus. Anno domini 1423, sexta die augusti vsque ad ipsius reuocacionem.

Cum ab antiquo tres magistri arcium stipendiati in ducali Collegio ad legendum in eisdem possent legere Cursus et sentencias pro baccalariatu in theologia secundum formam statutorum ipsius theologice facultatis, ac postea illustrissimus princeps et dominus dominus Albertus quintus dux Austrie etc. desiderans katholice fidei et ecclesie profectum de consensu vniuersitatis ordinasset, quod eciam alij tres eorundem concurrendo cum predictis legere possent in theologia saluis eisdem suis stipendijs sub certis tamen moderaminibus, prout in actis vniuersitatis et facultatis arcium plenius continetur, ex quibus facultas Arcium retroactis

temporibus non modicum fuit causata. Quapropter prefatus illustrissimus princeps etc. super eadem et alijs causis vniuersitatem tangentibus commisit examen et deliberacionem venerabilibus patribus et dominis Nicolao abbati Mellicensi, Andree de Gars Cancellario suo, Nicolao de Dinkelspüchel arcium et theologie professori, et Caspari Mayselstain decretorum doctori, qui auditis vtriusque facultatis, theologice videlicet et arcium pariter et domus deputatis cum pleno posse maturaque deliberacione prehabita referebant eidem, quod ipsis racionabilè, conueniens et vtile videretur, quod ipse dominus princeps ordinaret in premissa causa, ut sequitur, stabiliter obseruari.

Inprimis quod tres dumtaxat 12 magistrorum in ducali Collegio stipendiatorum legere possint cursus biblie et sentencias pro baccalariatu, quemadmodum ab antiquis dinoscitur obseruatum. Si uero tres tales pro tempore non habeantur, ex tunc magistri regentes in theologia deputare habeant alios tres ad legendum in theologia ex eisdem, qui huiusmodi cursus et sentencias compleuerunt et velint legere. Ita tamen, quod per tales alij graduandi non impediantur, nec talium legencium in theologia numerus vltra ternarium augeatur, quibus et ipsorum stipendia dentur, et cum effectu assignentur, ac si lecciones suas in artibus sicut alij pro artibus stipendiati continuassent.

Item quod dicti domini Alberti quinti concessio moderetur et commutetur hoc modo, quod loco trium magistrorum in artibus in dicto Collegio stipendiatorum (quos ipse concessit, quod vltra predictos in theologia legere poterant), Magistri regentes in eadem theologia deputare habeant ex baccalarijs in eodem Collegio stipendiatis, qui cursus et sentencias compleuerunt, vnum duntaxat, qui alternatis diebus uel ad minus bis in

ebdomada legat in sentencijs extense per omnes distinctiones materias, quas communiter tangit s. Thomas et ceteri doctores. Et vno cessante per promocionem ad alium statum aut alias quomodolibet incipiat sequens, vbi dimisit idem, nec sit huiusmodi legens sentencias obligatus ad finiendum aliquem librum infra certum tempus. Sint quoque magistrorum regencium in theologia ad eligendum ad id vtiliorem consciencie onerate.

Item quod taliter legenti sentencias addantur annue 4 libre den., vltra stipendium artistarum, de remanencijs stipendij vniuersitatis.

Item quod prefati 4 baccalarij sint obligati facultati Arcium et ducali Collegio iuxta ipsorum statuta sicut alij legentes in theologia fuerunt eisdem actenus obligati, ita tamen, quod ipsa facultas Arcium supportet eos de examinibus et huiusmodi diuturnis et grauibus laboribus alijsque deputacionibus, vbi specialis necessitas non requirit; necessitates uero pretactas sine vlteriori prouocacione facultatis arcium quoad suas deputaciones et elecciones pariter et ducalis Collegij quoad suas arbitrio committimus diiudicandas.

Item quodsi aliquis stipendiatus pro artibus in eodem ducali collegio promotus fuerit ad doctoratum in Theologia, ex tunc suum stipendium vacet exceptis duobus magistris Cristano et Petro actu promotis, qui sua stipendia tenere possunt, quousque promoti fuerint ad alios status presentibus suis statibus repugnantes.

Item quod dicti duo magistri Cristanus et Petrus et quatuor baccalarij in theologia legentes, ut predicitur, gaudeant omnibus priuilegijs et prerogatiuis quoad canonias ad s. Stephanum et ad alia, sicut et alij magistri regentes in artibus stipendiati in dicto Collegio

ducali. (Folgen noch 2 Bestimmungen, als Ausnahmen für die genannten zwei Magister allein geltend.)

(Lib. II. fac. art. im Eingange, und Lib. I. act. fac. theol. f. 31, 32.)

27.

1428, 13. October.

Statut über die Vornahme der Wiederholungen (Resumtiones) für die Aspiranten des Bachalariates in der artistischen Facultät.

In die s. Cholomanni congregata fuit facultas artium ad audiendum relacionem deputatorum ex parte resumpcionum. Et deputati obtulerunt quandam cedulam continentem modum resumendi promouendis in artibus, que tunc per facultatem approbata fuit, cuius tenor sequitur in hunc modum:

Primo apparuit, quod resumentes in grammatica debeant procedere grammaticaliter et non methaphisicaliter nec loycaliter, . . . procedentes per casus, declinaciones, tempora, coniugaciones, comparaciones; doceant eos, quibus resumunt, non solum, qualiter congrue materiam conceptam valeant exprimere, sed eciam, qualiter apte debeant partes oracionis declinabiles et indeclinabiles combinare . . . et proponentes eis oraciones vulgares et interrogantes, quomodo in latino velint consimilem sentenciam explanare, et examinantes eos diuersarum oracionum latinarum exposiciones in vulgari.

Item quod resumentes ad gradum baccalariatus in grammatica, si volunt resumere more solito, resumant primam et secundam partes Alexandri de versu ad versum, audientes eos, quibus resumunt, cuiuslibet metri sentenciam et exposicionem et diligenter resumant in principalibus metris regimina, et construccio-

nes et vires regiminum in speciali et in sic resumendo misceant semper materiam Donati correspondentem et diffiniciones parcium oracionis et accionum et regulas et diuisiones grammaticales, solum tamen grammaticaliter procedentes.

I t e m conclusum fuit, quod resumens diffinicionem, diuisionem, regulam, questionem, sophisma, proprietatem aut aliquid huiusmodi primo debeat inquirere, vtrum tale sit bene positum secundum rigorem, quod si ita est, nihilominus pro exercicio illorum, quibus resumit, procedat de particula ad particulam per argumenta et soluciones et varia exempla et varie mutando argumenta. Si vero tale non sit bene positum, inquirat, quare non, et assignata causa, dimissis glossis improbandis et non valentibus, per quas non modicum arrestantur isti, quibus resumitur, dicat vltimatum istius debitum et bonum intellectum, qui fuit de intencione autoris, quo dicto procedat de particula ad particulam, ut supra.

I t e m, cum loyca sit inuenta ad saluandum veritates proposicionum communiter concessarum, et falsitates communiter negatarum, ideo conclusum est, quod nullus resumens imponat noua sinkathemata non communiter ab antiquis imposita; nec aliquis supponat alicui audienti oppositum alicuius regule aut dicti communiter concessi, talia enim plus sunt uana, et curiosa, quam ad aliarum scienciarum superiorum proficua.

I t e m, quod non recedat a communibus dictis et bene fundatis autorum famosorum.

I t e m conclusum est, ut volens resumere libros ad gradum aliquem in artibus, in procedendo per istos libros tangat puncta principalia in quolibet libro, quem resumit, non tamen nimis laxe, nec nimis rigorose, ita

quod modus resumendi correspondeat modo examinandi ad gradum, pro cuius adepcione fit resumpcio

(Lib. II. act. fac. art. f. 93.)

28.

1429, 29. December *a*).

Statut, dass unter gewissen Bedingungen auch die nicht vortragenden Doctoren Mitglieder der Universität und ihrer Privilegien theilhaftig bleiben können.

Quia Varietates temporum Varia nouimus expostulare moderamina Legum. Hinc ad tollendum scrupulum multorum suspicantium quosdam graduatos nostros priuilegijs Vniuersitatis nostrae non grauisuros, dummodo fortassis gaudere debeant, E regione Vero alios eisdem defendendos, quibus tamen praefatorum nostrorum priuilegiorum rigor minime noscitur suffragari, per praesentem nostram definitionem de speciali scientia, interpretacione, mandato pariter et assensu Illustrissimi Principis Domini Alberti Quinti Ducis Austriae, Styriae, Karinthiae etc. Ducatum Austriae pro tunc regentis declaramus, approbamus et deffinimus. Primo quod omnia et singula supposita nostrae Vniuersitatis, quae hactenus gauisa sunt ipsius priuilegijs, de quibus dubium non existit, secundum priuilegia et Statuta nostra gaudere debent modo et

---

a) Das fehlende Datum ergibt sich aus Folgendem: „*Anno* 1429 *proxima dominica post festum S. Egidij congregata fuit vniuersitas ad declarandum quedam priuilegia et statuta, qui censeantur membra et priuilegijs gaudeant vniuersitatis;*" ferner: „*Anno* 1429, 29. *die dec. fuit congregata vniuersitas et placuit, quod omnes Doctores et Magistri incorporati censeantur membra et gaudeant priuilegijs uniuersitatis*" (*Lib. II. act. fac. art. f.* 98, 99; über die Vorverhandlungen hierüber siehe unsere Anmerkung 68 im ersten Bande, erster Theil S. 57).

pro futuro omnibus et singulis Priuilegijs papalibus et Ducalibus eiusdem.

Insuper adijcimus de nouo rigorem Verborum cuiusdam Ducalis Priuilegij, prout et Ratio expostulat, temperare cupientes, Quod omnes et singuli Doctores et Magistri, qui in Vniuersitate Vienn. Birretum suum secundum Statutum suae Facultatis sunt assecuti, aut aliunde sub tali gradu legittime alicui Facultati incorporati, gaudeant Priuilegijs antedictis, etiamsi non legant actu, Dummodo ipsi tamen continue sine dolo et fraude in Vienna aut ipsius suburbijs actu trahant, atque promotioni Studij intendant, Visitando videlicet regulariter semota fraude Stationes, processiones et congregationes publicas Vniuersitatis et suae Facultatis ac deputationes earundem ipsis fortasse imponendas assumant, et officia et onera ipsis imposita sponte snbeant et expediant iuxta morem in deputationibus et congregationibus Vniuersitatis et Facultatum hactenus obseruatum. Hoc idem de Licentiatis ad congregationes Facultatis suae vocari solitis et qui Facultatis suae onera subeunt, intelligi Volumus, Vt supra. Caeteri Vero omnes et singuli Vniuersitati nostrae incorporati pariter et Jurati cuiuscunque gradus aut eminentiae existant, siue Dignitate praefulgeant, nisi ipsi iuxta tenorem cuiusdam Ducalis Priuilegij quod incipit „Et ne occasione“ *b)* etc. se habuerint, et quamuis nostrae Vniuersitatis membra existant, et, si non legant Vel lectiones publicas audiant, sciant se nostrorum Priuilegiorum tam papalium quam Ducalium gratijs minime gauisuros. Nec Rector eorundem Priuilegiorum nostrorum occasione etiam per tales interpellatus, talibus aut alicui ipsorum debet aut tenetur tu-

b) Vergleiche das Albertinische Privilegium, S. 64.

telam aut defensionem impendere, nec in sibi incumbentibus ista Vice se praetextu eorundem aliqualiter occupare.

(Abschrift im Arch. der k. k. Studien-Hofcomm.)

29.

1434, 21. Mai, Basel.

Das Concilium zu Basel ernennt für immerwährende Zeiten den Bischof von Regensburg, den Propst von S. Stefan und den Official des Passauer Bischofs in Wien zu kirchlichen Conservatoren der Universität.

Bulla Concilij Basiliensis episcopo Ratisponensi, Preposito Viennensi Patauien. Dioc. et Officiali Curie Patauien. ibidem in Vienna constituto Conseruatoribus Vniuersitatis Modernis.

Sacrosancta generalis Synodus Basiliensis in Spiritu sancto legittime congregata Vniuersam ecclesiam representans. Venerabili Episcopo Ratisponensi et dilectis ecclesie filijs Preposito Ecclesie Sancti Stephani in Vienna Pataniensis Dioces. ac Officiali Curie Patauiensis in Vienna constituto salutem et omnipotentis Dei Benedictionem. Etsi quibuslibet Christi fidelibus, ne afficiantur iniurijs aut molestijs agitentur, oportune prouisionis presidio teneamur assistere, illis tamen maxime qui profugatis ignorantie tenebris scientiarum studio insistere non desinunt, ex quorum meritis commoda tam publica quam priuata, spiritualia quam temporalia proueniunt Vniuerso, Dei cultus augetur, animarum saluti consulitur, insurgentes controuersie deciduntur, pax et tranquillitas in terris procuratur, equum ab iniquo secernitur, efficacius tenemur adesse, Vt repressis in malitia gloriantium iusticie refragantis freno conatibus Vacantes Literarum studio liberius Valeant perfectiores gradus promereri. Sane dilectorum ecclesie filiorum Magistro-

rum .... (vollkommend gleichlautend mit der Urkunde Nr. 19, *a*, bis)..... Presentibus perpetuis temporibus duraturis. Ita tamen, quod aliquis Vigore presentium ad locum minus tutum nullatenus euocetur. Alioquin que secius facta fuerint, ex nunc prout ex tunc decernimus fore nulla.

Datum Basilee XII. Kal. Junij. Anno a natiuitate Domini Millesimo Quadringentesimo Tricesimo quarto.

Jo. Freudenperger.

(Univ. Arch. Lad. XLI, 39.)

30.

1436, 20. März, Wien.

Verfügungen der vom Basler Concilium abgeschickten Visitatoren in Betreff der Universität überhaupt und der theologischen Facultät insbesondere.

Visitatio Vniuersitatis Vienn. per Deputatos a Generali Concilio Basiliensi.

Philibertus Dei gratia Episcopus Constantiensis Prouinciae Rothomagien., Johannes Polemarius Decretorum Doctor, Archidiaconus Barch. Apostolici Palacij causarum Auditor, Frater Nicolaus Praepositus Monasterij S. Dorotheae Ordinis Sancti Augustini, et Narcissus de Perchingen Sacrae Theologiae Professor, Visitatores et Reformatores autoritate sacri Concilij generalis in Visitatione Vniuersitatis Studij Vienn. spiritus sancti gratia inuocata, pro Vtilitate ipsius Vniuersitatis haec quae infrascripta sunt, duximus ordinanda.

Dum huius Vniuersitatis Statuta sedula mente perlegimus, dum ea quae in ipsis et scripta et sancita sunt, meditamur, et conditorum commendare solertiam et ad eorum obseruantiam ipsius Vniuersitatis supposita exhortari merito prouocamur, laudanda siquidem

est eorum sagax industria, quorum studio quaeuis Vniuersitas optimis Legibus ordinatur, quibus in huius Vitae caligine, Veluti quibusdam illuminatis Lucernis illustrantur mentes hominum et in Viam diriguntur salutis. Vniuersos igitur huius Vniuersitatis Doctores, Magistros et Scholares praesentes pariter et futuros in Domino adhortamur, et efficatius admonemus, quatenus omnia Statuta tam communia quam Facultatum, quae per Vniuersitatem recepta sunt, diligenter, prout ad Vnumquemque pertinet, studeant obseruare. Sitque Rectoris et Decanorum Facultatum et Procuratorum Nationum cura peruigil et exacta, ut dictorum Statutorum Transgressores coërceant et corripiant, et si opus fuerit, poena debita castigent. Doctores Vero et Magistri regentes custodes Statutorum ope et sollicitudine se ostendant de eorum obseruantia inter Lectiones, Scholares interdum admoneant, et efficere studeant, Vt ab omnibus obseruentur. Tunc quidem Veros amatores Sapientiae se probabunt, tunc praecedentium laudem suamque pariter proferent, cum et illos bene et laudabiliter ordinasse atque se bene ordinata complere operibus comprobabunt, dixerunt et Vtique Vere optimeque dixerunt in Statutorum Prologo Patres Vestri: Quod Vbi sunt eruditionis scientialis Scholae, necesse est, Vt et ibi sit rigorosa disciplina moralis, et quod Scholae generales scientiarum sine correctione et disciplina morum quid aliud sunt, quam prostibula innocentium animarum. Summe ergo ante omnia necessaria est ibi optima ordinatio morum, Vbi Scholarium esse debet generalis concursus. Idcirca Vt bona morum disciplina in hoc Studio Vigeat, omnem diligentiam tam per Rectorem et Decanos, quam per Doctores, Magistros, Collegiorum Priores seu curam habentes, Rectores Bursarum et alios omnes, ad quos pertineat,

praecipimus adhiberi. Scholares autem noctiuagi aut alias Vitiosi corripiantur, et si emendari noluerint, ab Vniuersitate pellantur. Idem etiam fiat de illis, quibus aut ingenij tarditate nimia proficere natura negauit, aut segniores, hebetes aut studio inutiles reddit, ne inutiliter tempus et facultates consumant. Decani Vero Facultatum Visitationes a Statutis ordinatas nullatenus intermittant, sed etiam efficaciter et fructuose perficiant. Et Vt ipsae Visitationes efficacius fiant, statuendo praecipimus, Quod infra mensem post Assumptionem noui Rectoris et iterum post tres menses Diebus ad hoc per Rectorem deputatis omnes Decani Facultatum cum Rectore conueniant et diligentem habeant de morum disciplina cum Dei timore tractatum, Vt corrigenda corrigantur, et reformanda in melius reformentur. Omnibus Doctoribus, Magistris et alijs Vniuersis et singulis in Virtute sanctae obedientiae sub obtestatione diuini Judicij districte praecipiendo mandamus, Vt nullus palam Vel occulte correctiones excessuum et excedentium punitiones audeat impedire, sed Vt omnes faueant et adiuuent propensius, exhortamur. Prohibemus praeterea, Vt nulla sit domus aut societas Studentium, in qua omnes sint Juuenes aut nouitij· Sed habeat quaelibet Domus aut Societas Theologorum, Juristarum aut Medicorum Licentiatum aliquem, aut antiquum Baccalaureum, Artistarum Vero ad hoc approbatum Magistrum, ad quem Velut ad Superintendentem cura morum pertineat, qui et seipsum exemplum boni praebeat, et alios ab omni dissolutione prudenter compescat. Vt et Rectorem Vel Decanum Facultatis, cum ad hoc Vocatus fuerit, Valeat de Sociorum moribus informare, neque ad commorandum in Domibus Studentium absque Licentia Rectoris et Decani Facultatis aliquis non Studens Laicus admittatur. Illos Vero,

qui effrene Viuere cupientes contra hoc Venire praesumpserint, a Rectore admoneri iubemus. Si Vero tertio admoniti parere contumaciter recusauerint, tales ab Vniuersitate ipso Jure decernimus esse priuatos, et pro priuatis a Rectore Vniuersitatis denuntiari iubemus.

Antiquorum circumspecta prudentia nutrire cupiens in hac Vniuersitate Veritatem et pacem, inter caetera laudabiliter Statuta hoc Vnum prudenter statuit, „Vt nullus Magistrorum Vnius Facultatis" etc. quod tanquam salubre et efficaciter etiam ad mentem et effectum, quem intendit, ab omnibus obseruetur. Admonemus omnes Doctores et Magistros et alios quoscunque, Vt in actibus publicis non solum a Verbis detractorijs aliarum Facultatum penitus abstineant, Sed etiam ab eius, quem commendabant, Laudibus nimium exquisitis, et quibus aliarum scientiarum supposita, ac si per hoc alteri Scientiae derogetur, quodammodo indirecte offendi Valeant aut turbari. Cum secundum Christianam Doctrinam, ne fratres scandalisemus, abstinendum sit ab his, quae absque peccato et Juris nostri praeiudicio possunt ommitti. Vt sic omnia ordinate fiant, quod concordia Facultatum et nationum et mutua dilectio augeatur.

Adijcimus praeterea, quod fama deferente ad audientiam Rectoris, quod ab aliquo circa praedicta sit factus excessus, indilate Rector adiunctis sibi Decanis Facultatum omnium, si Vocati non renuerint comparere, ad inquisitionem talis excessus diligenter procedat, Vocari faciat de hoc excessu delatum, a quo depositionem recipiat, et tradi ab illo sibi actum illum in scriptis, Vt de illo melius Valeat iudicari, et si talis obedienter compareat, et Judicio dicti Rectoris cum Decanorum consilio, remota omni Appellatione praeterquam ad Vniuersitatem stare promittat, Rector cum Decanorum consilio diffiniat, quid pro emenda facere

debeat, et si obedienter et deuote paruerit, poenae Viginti Librarum in dicto Statuto appositae remissionem obtineat, si autem contumax fuerit et rebellis, ab Vniuersitate Studij Vsque ad exsolutionem dictae poenae, et satisfactionem rebellionis et inobedentiae Vniuersitatis arbitrio moderandam sit ipso Jure priuatus. Et Vt omnes circa huiusmodi obseruantiam statuti cautiores existant, ipsum in qualibet mutatione Rectoris praecipimus publicari. Quodque Rector Verbo admoneat omnes et singulos, Vt ipsum diligenter obseruent.

Quoniam pro conclusionibus Facultatum plures sunt ad nos querelae delatae legemque in hoc fraudare Videntur, qui quod statuere nequeunt, per Conclusiones efficiunt, Verbaque Legis seruantes contra Legis nituntur facere Voluntatem. Tali super hoc moderatione duximus occurrendum, ne bona quae in eis sunt penitus repellantur. Mandamus itaque Vt omnes Facultatum conclusiones exhibeantur et praesententur Venerabilibus Magistro Johanni Geuss Rectori Vniuersitatis, Domino Praeposito S. Dorotheae, Magistro de Perchingen, Magistro Thomae de Haslpach, Joanni Gwarlich Decretorum Doctori, Magistro Johanni Aygl, Magistro Vrbano de Melico ac Magistro Andreae de Weytra, quos ad hoc deputamus, et illae ex ipsis, quae praedictorum iudicio fuerint adprobatae, in Statutis redigantur. Caeteras Vero, quae hinc ad festum S. Cholomanni modo praedicto non fuerint adprobatae, cassamus et penitus irritamus, simileque de caetero attentari penitus prohibemus, per Conclusionem alicuius Facultatis, quae a tota Vniuersitate non fuerit approbata et in statutis redacta, onus aliquod graduandis imponi seu ab eis exigi sub interminatione Anathematis inhibemus.

Vniuersos Fideles Vas electionis Paulus modestiam eorum notam fieri omnibus hominibus exhor-

tatur, quod dogma commune Scholasticis deditos disciplinis conuenit plus communibus hominibus obseruare, Vt eo se Sapientiae Alumnos ostendant. Modestiam autem Virtutis Temperantiae speciem Doctores esse dixerunt, cultum et motum ordinate disponendum, ne inculta exterior indecens ornatus male compositae mentis sit nuncius, aut motus corporis profiteatur leuitatem. Sit igitur in Scholasticis Viris decens et maturus incessus, et habitus sit honestus inter Sophiae Vernaculos et seculi homines congrua compositione distinguens et Scholasticam possessionem Lingua silente intuentibus faciat manifestam. Vestes quidem superiores colore pariter et scissura scholasticae conueniant honestati, nec breues, nec sint longitudine nimia ipsius Vestis aut foderaturae superbae, fissuram non habeant in lateribus, neque retro collaria habeant inferiora tangentia, ne diuersi coloris inferioris Vestis collarium eminere altius Videatur, non habeant manicas ad cubitum pendentes ad longius Vltra Vnum palmum cum medio, in capitibus honestis biretis aut mitris aequalibus non pendentibus, capucijs ne Vtantur. Magistri Vero caputia foderata Serico, Vt est moris, aut induta aut super scapulis posita deferant. Non graduati Vero, Vt scil. sunt Doctores, Magistri et Licentiati, nisi ex nobilitatis aut Dignitatis intuitu ab Vniuersitate eis aliter agere sit concessum, huiusmodi foderata deferre caputia non praesumant, laudabile namque secundum beatum Augustinum est per instituta humana pro distinctione Statuum habitus esse distinctos, tandem sic circa praedicta se Vniuersi et singuli habeant admonemus, Vt modestia eorum omnibus hominibus sit manifesta.

Non expedit Religiosis Viris alijs non religiosis Scholasticis commorari. Propterea statuimus Vt

hinc ad proximum Festum sancti Colomanni omnes Religiosi disponant sibi domos, in quibus soli Religiosi morentur, habentes in qualibet Domo Superintendentem eorum custodiae et disciplinae iuxta Regularia instituta. Ita quod quaelibet Religio, si fieri potest, suam habeat pro suis Studentibus domum. Sin autem de duabus Religionibus, Vt ad hoc sufficiant, coniungantur. Magistrum autem ad instituendum in scientiis non religiosum, si habere Voluerint, non intendimus prohibere.

Quatuor Procuratores Nationum iuxta antiqua Statuta congrue decernimus honorari, et in omnibus Actibus Vniuersitatis post Decanos Facultatum immediate locamus. Praeterea statuimus, Quod nullus ad dictum officium assumatur, nisi saltem trium annorum Magister existat, et honeste sit habituatus, Vt Vniuersitatis honori conueniat, et si aliqua Natio in taliter qualificato deficeret, de alia suscipiat natione.

Cum Scholasticos Viros non deceat esse Litigiosos nec per forum Curiasue discurrere, Sed si quid natum fuerit quaestionis, inter se ipsos debeat terminari, non parum detrahunt Scholasticae honestati, qui pro causis etiam non magni momenti Principis Curiam interpellant. Vnde ipsius Principis suorumque Consiliariorum auribus sunt molesti et honori Vniuersitatis derogari noscuntur, Vt qui alijs norma et exemplum esse deberent, crebro ab alijs egeant regulari, ac si non sint inter eos Viri consilij Vel Judicij, qui inter fratrem et fratrem Valeant iudicare. Vniuersos igitur et singulos admonemus, Vt Vniuersitatis honori et suo pariter consulentes studeant se in talibus moderari.

Cum circa promotiones ad gradus non parum Vtilitatis publicae et honoris Vniuersitatis consistat, ne immeriti assumantur, Statuta super hoc iam dudum edita praecipimus diligenter seruari, et circa statuta

inibi tempora interdicimus dispensari, nisi causa rationabilis euidensque subsistat, et tunc non Vltra sex Mensium defectum Facultas aliqua Valeat dispensare. Sed si maioris temporis dispensatio postuletur, ad totius Vniuersitatis iudicium referatur.

Vt contentionibus quae super Locis et praecedentijs oriuntur Viam, Authore Domino, praecludamus, in Virtute sanctae obedientiae praecipiendo mandamus Omnibus Licentiatis praesentibus et futuris, Vt iuxta arbitramentum Domini Principis Doctoribus Sacrae Paginae, Juris et Medicinae nullatenus in Stationibus, Processionibus, Visitationibus egregiarum personarum Vel alijs Actibus Vniuersitatis audeant se praeferre. Cum autem Doctrina artium ad Facultates praedictas Viam habeat praeparare et in artibus sufficienter instructus nouellus discipulus esse habeat in aliqua praedictarum, eo moderamine hoc duximus temperandum, Vt Licentiati dictarum trium Facultatum, quoniam iam sunt proxime doctoraturi, inter Magistros Artium hoc modo Volumus collocari, Quod nullum de senioribus Magistris praecedant, nisi forsan ex Magisterio artium praecedere deberent. Sed post seniores Magistros et ante Juniores suis inter se conuenientibus gradibus collocentur. Seniores Magistros in hoc casu Vocamus quatuor annorum Magistros. Adijcientes, quod si quisquam contra praedicta locum sibi sumpserit Vsurpare, Rector eum ut cedat ab eo loco, per aliquem Bedellum faciat admoneri, qui si parere noluerit, ab Vniuersitate Vsque ad congruam Satisfactionem sit ipso facto priuatus.

Subscriptio Notarii.

Lecta et publicata fuerunt praescripta Statuta coram Vniuersitate Studij Vienn. congregata in Aula magna Vniuersitatis feria tertia post Dominicam Lae-

tare, quae erat Vicesima Dies mensis Martij. Anno a Natiuitate Domini Millesimo, Quadringentesimo, tricesimo sexto, per me Joannem de Bulstein alias Cochem Clericum Treueren. Dioc. autoritate Imperiali Publicum Notarium, qui in fidem et Testimonium praemissorum haec propria manu subscripsi.

(Abschrift im Arch. der k. k. Studien-Hofcomm.)

Decet sacre pagine professores, ne ipsius dicantur solum habere verba, non facta et ut eam non solum ut sciant sed ut meliores efficiantur, studere se ostendant virtuosis operibus comprobare, seque in dei cultu morumque disciplina et omnibus bonis prebere ceteris in exemplum: Admonemus itaque ipsius sacre facultatis doctores, vt in missis et sermonibus vniuersitatis suam studeant presenciam exhibere, suaque solicitudine alios preuenire, sermones libenter accipere et alios ad hoc hortatu trahere et exemplo, ipsis quoque in sermonibus non aures delectari vel se admiracioni prebere, sed alios edificare et utiliter informare conentur, simulque et alios facere doceant, et a contencionibus inibi precipue abstineant, et doceant alios abstinere. Si quid enim controuersie aut disputacionis immineat, non in ambone, vbi est cathedra solide edificatorieque doctrine, sed in scolis cum pace et caritate tractetur. Illud autem summa diligencia custodiant, vt a suppositis facultatis, si quid in actibus publicis dictum fuerit correccione, emendacione uel declaracione dignum, sine debita satisfaccione non transeant, ut sacre pagine, cuius professores sunt, se exhibeant zelatores.

Pacem et mutuam dileccionem et inter se habere et inter facultates et singula supposita sathagant enutrire, vt summi doctoris discipulos se exhibeant, omnem discordiarum materiam sopire et eradicare non differant, vt dilectio mutua cessante discordia iugiter au-

geatur. Lectiones sine intermissione fiant vtiliter et fructuose, non ad ostentacionem uel ad delectacionem legentis, sed audiencium vtilitatem, quod vt perfici possit, competenti hora campana pulsetur tractu moderato, ne in longum nimium differatur, quo tractu quiescente cathedram ascendere sine vlteriori dilacione doctor paratus existat, et ita hec debite moderentur, quod et doctor suam lectionem possit perficere et sentenciarijs tempus sufficiens reseruetur.

Disputaciones aulares nullatenus intermittantur, sed fiant quolibet anno temporibus consuetis cum pace, caritate et omni honestate, nullus verbis irruat uel opprimat alterum, aut faciat contumeliam, audiantur omnes pacifice et respondeatur modeste, discutiantur materie realiter et profunde, quod ut efficaciter fiat, argumenta sophistica impertinencia euitentur, nec erubescat aliquis argumenta iam tacta, sed non plene prosecuta prosequi, vt medullam materie agitacio disputacionis attingat.

In examinibus sciant doctores iudicium dei se gerere, ideo nil ibi debet fauor aliquis vsurpare, odium exulet, et omnis iudicium corrumpens passio propellatur; sed stateram rectam gerentes equo libramine ponderent vniuersa. Indignis nullo modo portas aperiant, quod vilipcnsionis gradus et multorum occasioucm ministrat.

Statuimus autem, vt in examinibus huius facultatis Cancellarius vices suas uisi doctori eiusdem facultatis valcat delegare, nec alium quam doctorem ceteri admittere teneantur.

Decani officium nisi magna vrgeat necessitas, non continuetur in eadem persona. Decanus vero in exordio sui officij Juramentum prestet, quod officium diligenter et fideliter exequatur. Et quia indignum est, ipsum ho-

noris prerogatiuam habere, ipsum omnibus alijs volumus prelocari.

Cum ille doctor excellentissimus Augustinus inter precepta tractandarum scripturarum, que studiosis tradidit in libris de christiana doctrina, hiis verbis in propria forma loquatur: Erit igitur diuinarum scripturarum solertissimus indagator, qui primo totas legerit notasque habuerit, tocius sacri canonis biblie habere noticias eos qui sacre pagine fieri desiderant professores, vtile valde cognoscat; Idcirco ad vtilitatem studencium in sacra pagina Illustrissimi principis domini Alberti ducis Austrie fidei catholice sincerissimi zelatoris assensu interueniente, decernimus: Vt duo ex Magistris in Artibus Collegij ducalis sacre Theologie baccalarij eligantur, qui bibliam totam infra tres annos habeant legendo complere, ita quod vnus vnum librum, alius alium secundum disposicionem per facultatem Theologie ordinandam, alternis diebus cum glossis secundum sensum literalem et breuiter aliquibus misticis in eisdem locis a doctoribus positis legere habeant; quolibet autem anno vna quinquagena psalterij legatur in quadragesima post meridiem, cum clerici sunt ab officijs expediti, vel alio tempore ad hoc magis apto, vt sic fiat oportunitas proficiendi in intelligencia psalterij, quod in diuinis officijs maxime frequentatur. Et ideo dicti lectores ita diligenter continuent taliterque procedatnr, quod, ut predictum est, infra triennium tota biblia compleatur; et ut dicte lectiones melius visitentur, de hoc in promouendis ad gradus decernimus respectnm haberi.

Lecta et publicata fuerunt ista statuta coram Vniuersitate studij Wiennensis congregata in aula eiusdem feria tercia post dominicam letare, que erat XX. dies

mensis Marcij. Anno a Natiuitate domini Millesimo quadringentesimo tricesimo sexto.

(Cod. M. S. Suppl. 101 in der k. k. Hofbibliothek.)

31.

1437, 13. Juli, Basel.

Der päpstliche Legat, Cardinal Julian tit. s. Sabinae gibt seine Zustimmung, dass die landesfürstliche Pfarre Russpach der Universität incorporirt werde.

Julianus Miseratioue diuina tit. sancte Sabine sancte Romane ecclesie Presb. Cardinalis vulgariter sancti Angeli nuncupatus in Germania Apostolice sedis Legatus. Ad perpetuam rei memoriam. Litterarum studia, quibus honor diuini nominis et cultus fidei catholice protenditur, Justicia colitur, tam publica quam priuata res geritur utiliter omnisque prosperitas humane condicionis augetur, in suorum semper exuberatione fructuum efflorere cupientes, que pro illorum profectu et ut sciencie doctrineque traditionibus eruditi pro sue sustentationis competentia decentius prouisi in alios grata sciencie et doctrine huiusmodi seminaria spargere liberius elaborent, pia et prouida ordinatione gesta sunt, benignis merito fauoribus amplectimur illaque approbationis nostre presidijs libenter communimus. Sane pridem Illustri principe Alberto Duce Austrie et Marchione Morauie, cuius auus zelo fidei christiane accensus ad decorem sancte matris ecclesie studium generale Quatuor uidelicet Theologie, Juris canonici, Medicine et Arcium facultatum in Opido Wiennen. Patauien. dioc. rite erigi et institui fecit ac illud congruo per eum Magistris et Doctoribus ibidem in facultatibus ipsis regentibus et legentibus constituto et assignato stipendio fundauit et dotauit, Parochialem ecclesiam sancti Valentini in Ruspach dicte dioc. seu eius Ple-

Literarum Politicarum Professorem qui historiarum Lectionem cum Poësi coniungat ac hora prima Commentaria Caesaris omnia, Salustij historias duas, Titi Liuij Decades primam saltem et tertiam, Virgilij Aeneida, Artem Poeticam aut Sermones Horatij, Persium, Methamorphoseos Ouidij et id genus alia pro ratione temporis et Auditorum commoditate promiscue enarret.

Hebreum, qui mane septima hora legat, primo Semestri Grammaticem Munsteri recentiorem uel Planci, vel si totum Linguae artificium aliquis alius est complexus. Altero aliquem Veteris Testamenti librum Sacrum. Tertio uero Semestri et deinceps semper

alternis Grammatices et librorum Sacrorum Lectionibus procedat.

Graecum, qui hora duodecima primo anno Grammaticam Theodori Gazae uel Chrisolorae praelegat, et aliquod ex Idoneo quopiam authore semper iungatur, in quo usus artis ostendatur, dictionum Themata et proprietates excutiantur, et ut Adolescentes inde etiam usum aliquem linguae possint habere, Veluti sunt Lucianus uel Aristophanes, Orationes Demosthenis, Isocratis, Libonij aut Dionis. Secundo uero anno Homerum, Orphei Argonautica, Epigrammata aut eiusmodi aliquid profiteatur.

Si quid porro cuiquam Professorum temporis reliquum fuerit in qualibet portione uel si finito cursu suo quispiam quid aliud legere maluerit, id semper cum scitu et consilio Rectoris et Consistorij fiat.

Et quia praescriptae Lectionum horae pro aestate designatae sunt, licebit easdem Rectori et Consistorio prout eis melius Visum fuerit, pro hyemis tempore mutare et postponere.

Ouum denique liberalitate munificentiaque nostra Regia prouentus Vniuersitatis et Stipendia professorum clementer auxerimus, hinc Statuimus et Volumus, libros pro Baccalaureatus et Magisterij gradibus complendos omnino gratis praelegendos testimonialesque desuper pariter gratis dandas. Nec alijs sumptibus seu expensis studiosos grauandos esse, saluo eo quod quilibet Baccalaureandus facultati ut hactenus unum florenum, Examinatoribus uero primum locum habens dimidium florenum, Secundus tres Solidos, Reliqui vero omnes duos solidos, Bedello unusquisque duos Solidos numeret ac soluat. Singuli uero Magistrandi Facultati Viginti Solidos, Examinatoribus uero primum locum habens unam libram, Secundus sex Solidos, Reliqui

omnes quatuor Solidos, Cancellario denique uel eius Vices gerenti et in Examine comparenti pro Licentia quatuor Solidos, Promotori totidem, Bedello autem pariter quatuor solidos denariorum exsoluant. Sublatis ac plane abolitis prandijs, balneis, munusculis et alijs id genus sumptibus a promouendis hactenus fieri solitis et extortis. Quod si qui studiosi aliunde aduenientes se examini offerant, Volumus, eosdem posteaquam nomen suum professi, ac in matriculam Vniuersitatis, Facultatis ac Nationis suae inscripti fuerint, nec non aliquoties pro more disputauerint, in quolibet ordinario examine admitendos, et quatenus Idonei reperiantur, promouendos esse.

Alioquin autem tam pro Baccalaureatus quam Magisterij gradibus assequendis integrum Statuimus Biennium, cum ea quidem cautione ut non facile quiuis ad gradum dignitatis admittantur promoueanturque, nisi prius omnes artes et Lectiones illas pro huiusmodi gradibus deputatas et fideliter audiuerint et didicerint, adeoque in eisdem feliciter etiam profecerint.

Quod si aliqui ingeniorum suorum Vires et acumen in quacunque Facultate ac honesto Studiorum genere experiri, et uel gratis uel pro iusto salario profiteri uoluerint, Id unicuique de scitu et assensu cuiuslibet facultatis ac honorificis sibi per eandem designandis permittendum esse sancimus.

7. De Professoribus recipiendis et admittendis.

Tametsi superioribus annis constituerimus omnes Professores priusquam de fide et religione sua ab Episcopo examinentur probenturque, in Lectores non esse recipiendos, de singulari tamen gratia eandem Constitutionem, quoad nobis libuerit, suspendendam duximus declarantes, ut omisso deinceps huiusmodi examine

Professores omnes siue aliunde huc recens adueniant, siue in hoc nostro Archigymnasio diutius uersati educatiue sint, priusquam profitendi munus suscipiant, fide Rectori data profiteantur, se esse orthodoxae religionis et Sanctae Romanae Ecclesiae communicatores et adhaerentes. Et tum demum recipi et ad Lectiones promoueri queant, quibus etiam iniungatur, ut nihil contra Catholicam Religionem temere doceant, defendant seu disseminent aut alijs quocunque modo inculcent. Sed professioni suae sub fidei suae praestatione factae firmiter inhaereant. — Si quis autem cuiuscunque facultatis ab extera Academia ad hoc nostrum Archigymnasium Veniens Legere seu practicare uelit, Ordinamus, ut is necesse habeat testimonia gradus sui ex approbato generali aliquo Studio ostendere et membrum huius Vniuersitatis nostrae ac facultatis suae fieri et pro more repetere seu disputare adeoque certum Eruditionis suae specimen edere, nec non legibus Vniuersitatis et facultatis suae parere ac omnes labores, officia et onera perinde ut alij de facultate sua obire et perferre.

8. De Bursarum Contubernijs.

Quum in Bursarum Collegijs et Stipendiarij et alij Studiosi proprijs sumptibus militantes futuri sint, Volumus ut ijsdem legibus viuant et adstringantur eadem hora surgant et Vesperi tempestiue domum redeant easque Lectiones, quae suis in Contubernijs praelegentur, diligenter audiant, communem mensam habeant, pro Baccalaureatus et Magisterij gradibus successiue compleant, nec non Vespertinis conuersationibus (quas omnino instaurandas sancimus) intersint, ac denique in omnibus quae obsequentes discipulos ac studiosos decent quaeque oportet, praesidentibus Bursa-

rum (quos conuentores uocant) tanquam praeceptoribus pareant.

Statuimus itaque singulis Contubernijs seu Bursis aliquem bonum et grauem Virum artium Magistrum, qui et integritate et Eruditione simul atque authoritate poleat, et quem studiosi timeant et obseruent, per Rectorem et Consistorium pro Conuentore praeficiendum, Cuius officium sit, ut omnia quae ad pietatis, honestatis ac Studiosorum disciplinam pertinent, certa ratione dirigat, cui alium quempiam Magistrum eruditum in Prouisorem adiungendum censemus, qui ambo ex Stipendiorum et Bursarum suarum prouentibus alantur, ac in Bursis suis praelegant, nec non Classes aliquot Scolasticas certo ordine distribuendas instituant, in quibus rudiores ac imbeciliores in his quae minora sunt quam ut in tam famigerata Academia publice doceri debeant, ut sunt Rudimenta Grammaticae, Dialecticae, Rhetoricae, Epistolae Ciceronis, officia, de amicitia, Senectute, Paradoxa, Bucolica Virgilij, Terentius, Plautus, Elegantiae Vallae, Copiae Erasmi Roterodami, et si quae his similia sunt, recte erudiant, et uel maxime in Triuio Joannis Riuij fideliter instruant, ut sic demum cum delectu ad audiendas publicas Lectiones deputari queant. Qui etiam Stilum uel Carmine uel soluta oratione subinde exerceant, quod tunc recte perficient, si singulis hebdomatibus Auditoribus suis Epistolas emendauerint et discipulorum suorum Declamationes in singulis quindenis celebrandas praescripserint easdemque ita moderati fuerint, Vt discipuli suas Declamationes secundum Themata eis proposita per Artificium Rhetoricum tractatas illustriores reddant. Vesperae autem certa quadam hora, qua a Caena omnes in communem locum conueniant, conuersationi (ut Vocant) uterque tam Conuentor quam Prouisor intersint, ibique

aliquid ex auditis Lectionibus uel repetant uel proponant, uel exquirant, Et a quouis eius diei rationem exigant.

Admonitos etiam Volumus omnes qui Bursarum Contubernijs pauperum domibus regendis praeficientur, ut quum hodie haeresium venena passim serpant, diligenter inuigilent, ne talis contagio ad suae Curae commissos perueniat, Eius enim rei si aliter fiat, sciant, se Deo et nobis rationem esse reddituros.

9. De publicis Doctorum, Magistrorum et Baccalaureorum disputationibus.

Et quum bene instituta Academia disputationibus carere nec possit nec debeat, Ordinamus ut superiores tres Facultates singulis mensibus alternatim suas disputationes per Lectores suos personaliter non substitutos perficiant, Sic ut singulis angarijs ad minus semel quaelibet harum Facultatum publicam et solennem celebret disputationem.

Artium uero et Philosophiae disputationes quae per Magistros omni septimana fieri deberent, in praesenti Magistrorum paucitate et donec auctior eorum fiat numerus, singulis saltem mensibus habendas concedimus, Et ne confuse ac contentiose, sed ordine et plane dialectice procedant, aequum censemus, ut ipse Artium Decanus huiusmodi disputationibus intersit, uel casu quo iusto impedimento fieri nequeat, alium eruditum et peritum quempiam Magistrum loco sui substituat.

Et ut Artium Studiosi ad disputationum exercitia alacriores promptioresque reddantur, Volumus, tam praesidenti quam argumentantibus in publicis magistrorum disputationibus praemiola quaedam constitui, ac

pro arbitrio Facultatis Artium moderari, deque eiusdem uel Vniuersitatis aerario pendi debere.

Vt etiam Baccalaureorum solidae disputationes maiori honestate et Studiosorum fructu perficiantur, Ordinamus Vnum ex Magistris Archiducalis nostri Collegij in his rebus uersatum semper praeficiendum, qui eiusmodi disputationibus et Exercitijs praesit, Et ne ineptis seu parum utilibus cauillis tempus teratur, Themata quandoque uel ipse proponat, Vel a Baccalaureis sibi oblata, priusquam publice proponantur, examinet.

Disputationes denique, quas uocant quodlibeticas, restituendas et alio nomine, nempe a Gorgia Leontino Leontinas Quaestiones seu disputationes appellandas, et secundum Professorum aliorumque Studia instituendas accomodandasque Sancimus, ordinantes, Vt omnium facultatum Doctores, Magistri et Candidati easdem visitent, ac a suis ad hoc extimulentur Decanis et Praeceptoribus, quodque Decanus facultatis Artium curam habeat ordinandi Praesidis et dirigendarum huiusmodi disputationum, ut cum decore rite et legitime procedatur.

10. De Stationibus Publicis.

Stationes tam Vniuersitatis quam singularum etiam facultatum et Nationum Solennes in diuersis templis et Caenobijs ab antiquo habitas sed temporum iniquitate aliquandiu intermissas omnino instaurandas ac imposterum sub mandato Rectoris iniunctaque poena obseruandas sancimus; sed quum cultum diuinum in monasterijs propter personarum defectum Valde inminutum esse constet, ordinamus stationes eas omnes ad Caenobium praedicatorum tanquam locum Studiosis ualde accommodum transferendas esse Exceptis saltem

his Stationibus, quae in aede Sancti Stephani fieri solebant, quae etiam deinceps tum pro Ecclesiae, tum etiam Vniuersitatis dignitate illic conseruari poterunt.

Orationem etiam in praefatis Stationibus publice habendae more hactenus consueto distribuantur exhibeanturque primo Rectori, qui unacum Decano uel alio Theologiae Doctore diiudicet, an et quomodo emendandae ac pronuntiandae sint.

11. De Qualitate Rectoris et Consilio Vniuersitatis.

Quamuis Rectorem Vniuersitatis, qui in Studiosos Clericos Jurisdictionem exercet, Clericum esse deceret, prout ab antiquo non nisi Clericos saltem in minoribus ordinibus constitutos Rectores fuisse constat, prop er tamen praesentem Clericorum paucitatem, et quoad frequentior eorum fuerit numerus, clementer annuimus, ut etiam Laici et Vxorati Doctores et Magistri ad Rectoratus dignitatem eligi et assumi queant, quodque pro tempore Rector existens habitu suo officio conueniente et honesta comitiua utatur.

Postquam etiam singulis sex mensibus Rectorem Decanos et Nationum Procuratores adeoque totum Consistorium mutari constet, ac propter tam crebras Consistorialium mutationes Statum et negotia Vniuersitatis nonnunquam periclitari multaque inconuenientia suboriri contingit, Statuimus et Ordinamus, ut Rectori et Consistorio ordinario tres primarij Lectores trium sublimiorum Facultatum et Prior Collegij in perpetuos Consiliarios seu Assessores adiungantur, Casu uero quo illorum quispiam uel Rectoris uel Decani officio fungatur, Senior eius Facultatis uel Collegij sub id saltem tempus semper surrogetur.

Volumus etiam, ut Consistoria pro autoritate Academiae nostrae in certo loco, nempe Hypocausto com-

munitatis Archiducalis nostri Collegij deinceps celebrentur.

Ordinamus praeterea, Vt pro dignitate Vniuersitatis quatuor Bedelli et totidem Sceptra argentea sicuti antiquitus obseruatum dignoscitur, esse et comparari debeant, id quod citra graue facultatum incommodum facile fieri posse censemus.

12. De Vestitu Studiosorum.

Quum honestus habitus omnes plane Studiosos deceat, ut a militibus et mechanicis discerni queant, Ideo Statuendum duximus, Vt omnia Vniuersitatis nostrae membra, cuiuscunque gradus seu conditionis fuerint, habitu utantur honesto et decenti, maxime uero Theologicae et Artium Studiosi, quique in eisdem promoueri cupiunt, Vestes oblongas et ad minus ultra mediam suram demissas deferant.

13. De moderandis ferijs.

Quantum Studiosis detrimenti immodica feriarum seu uacationum multitudo adferat, quamque nimis diutina a lectionibus cessatio eos dissolutos efficiat, non est opus comprobatione, Etenim tertia totius anni parte hactenus feriatum esse constat, quocirca cum Studiosi ad nostram Academiam mittantur et ueniant non ut otientur et discurrant, sed ut optimis quibusque Studijs sedulo incumbant, Statuimus et ordinamus, Vt Feriae Caniculares ad quatuordecim dies restringantur, Reliquae autem hac ratione moderentur, nempe Vindemiales ad quatuor Septimanas, a Vigilia natiuitatis Christi usque ad festum Circumcisionis, et dominico Esto mihi usque ad dominicam Inuocauit, A dominica Palmarum usque ad octauam Paschae, et a Vigilia Pentecostes usque ad Festum Trinitatis inclusiue, Reliquis omnibus plane abrogatis.

14. De Sumptibus Promouendorum et Conuiuiorum.

Quum Sumptus pro adipiscenda Doctoratus dignitate tam in Academia nostra graues esse constet, ut multos deterreant, qui relicto nostro hoc Archigymnasio in alia etiam remota loca et Studia, Vbi multo minores assequantur, se conferant, Statuimus et ordinamus hosce sumptus ita deinceps moderandos esse, ne corundem causa cuiquam alio se conferendi causa detur, nempe in eum qui sequitur modum.

Pro gradu Baccalaureatus in Theologia det promouendus facultati suae quatuor solidos denariorum, Examinatoribus totidem, Bedello uero duos solidos. — In Jure facultati duas libras, Examinatoribus quatuor libras denariorum, Bedello autem Viginti cruciferos. — In Medicina facultati decem solidos, Examinatoribus Viginti duos solidos Denariorum, Bedello uero uiginti Cruciferos.

Pro gradu Licentiae et Doctoratus in Theologia facultati duas libras, Examinatoribus totidem, Bedello autem unam libram denariorum. — In Jure Facultati quinque libras, Examinatoribus Viginti libras, Bedello uero duas denariorum libras. — In Medicina facultati tres libras, Examinatoribus duodecim libras, Bedello autem duas libras denariorum. — Promotori uero det quilibet Doctorandus quinque libras, Vnum biretum et par Chirothecarum. — Singulis autem Doctoribus et Magistris nec non alijs personis alicuius dignitatis seu praeminentiae in actu promotionis comparentibus (si libeat) par chyrotecarum. — Annuimus etiam, ut quilibet ad gradum Doctoratus iam promotus Rectorem et Doctores uel saltem Professores Facultatis suae (si uires patrimonij id ferant) tenui prandio excipere possit et debeat.

Reliquos uero sumptus et expensas omnes tam in doctorum quam etiam Magistrorum promotionibus hactenus fieri solitas, et hac nostra Constitutione non concessas, omnino tollimus et abolemus, Serio mandantes ne aliquis praescriptae sumptuum moderationi contrauenire illamque uel exigendo, dando uel recipiendo quouis modo seu quaesito colore infringere uel transgredi audeat, sub graui paena transgressoribus irremissibiliter infligenda.

Ne autem propter paupertatem quispiam a graduum dignitatibus retardetur, Volumus, ut pauperes minori etiam sumptu uel si nullae eis suppetant facultates, aut omnino gratis aut saltem data recognitione futurae solutionis, sicubi ad pinguiorem fortunam peruenerint, in Doctores et Magistros legitime promoueantur.

Denique nimium sumptuosorum conuiuiorum luxum, quem in Academia nostra a paucis annis inualuisse constat, pariter refrenandum contrahendumque duximus Statuentes, Vt Rector in conuiuium, quod ei in festo Corporis Christi Vniuersitatis sumptu exhibendum est, non ultra sedecim florenos, Decanus uero facultatis Artium in festo Diuae Catharinae non ultra Decem florenos Rhen. expendant, quod si uel Rector, uel Decanus plus erogauerint, id sibi ipsis imputatum iri sciant.

Volumus etiam, ut tam Rectores et Decani, quam etiam Doctorandi communia sua secundum normam Constitutionis nostrae Politicae omnino instruant et moderentur, alioquin nouerint, se paenas in eadem contentas non euasuros.

15. De impositionibus seu exactionibus.

Impositiones seu exactiones, quas Ciues nostri a Professoribus et studiosis ratione solius artis profes-

sionis et practicae exigere perhibentur in praeiudicium libertatis Scolasticae et contra Vniuersitatis nostrae Priuilegia non esse ferendas, sed abolendas censemus ordinantes, Vt Ciues nostri ea Studiosorum contributione, quam de bonis suis immobilibus perinde ac alij Ciues praestant, merito contenti esse debeant.

16. De Contubernijs pauperum.

Etsi domus aurei montis pro pauperibus Studiosis huc venientibus deputata sit, quam etiam una cum suis prouentibus eisdem libere relinquendam censemus, Quum tamen in tanta pauperum multitudine sufficere nequeat, Quare Rectori et Consistorio Academiae nostrae serio committimus, Vt eas ineant rationes, quatenus uel domus Bankhate recuperetur, uel aliae quaepiam aedes in pauperum usum accomodae et oportunae acquirantur, quum ex ijsdem Doctissimi et de republica optime meriti Viri saepe prodierint: Volumus autem cuilibet pauperum Contubernio per Rectorem et Consistorium unum eruditum Artium Magistrum pro Conuentore, et Baccalaureum quempiam pro Examinatore praefici, qui uel ex earundem aedium censu alantur uel ex Vniuersitatis aerario iuuentur, et domus et Scolarium curam habeant vniuersam, Eosdemque in Triuio Riuij fideliter instituant ita, ut etiam publicarum Lectionum capaces fieri, eas ipsas audire et in artibus promoueri queant.

17. De Visitatione Contuberniorum.

Crebras tam Bursarum quam pauperum Contuberniorum Visitationes non tam singulis annis et angarijs, quam quouis mense et saepius etiam si fieri queat, ex improuiso fiendas esse sancimus, Qua autem ratione quoue ordine, et per quos rite et mature perfici de-

beant, Volumus eius rei per Rectorem et Consistorium certam concipi ac praescribi formam, iuxta quam et serio et grauiter Visitationes instituantur et perficiantur, Siquidem neglecta Visitatione omnis corruit disciplina et robur acquirit petulantia.

18. De Bibliopolis et librorum pretio.

Licet Statutis Vniuersitatis inter alia caueatur Librarios seu Bibliopolas sub Juramento in emendis, vendendis et taxandis libris se iuste et legaliter habere debere erga Scholares; Quia tamen eosdem in comparandis libris nimium premi constat, quocirca Statuimus, ut Rector et quatuor facultatum Decani pro tempore praefatos Bibliopolas dicti Statuti subinde admoneant ac saltem de eorundem librorum, qui in omni facultate publice praeleguntur, pretio cum eisdem concordent, aut hisce libris aequam et conuenientem taxam imponant, illamque descriptam publice affigi iubeant, quo pretium omnibus constare queat. Hanc autem concordiam uel aestimationem Visis statim libris fieri debere decernimus, ne ex longiori mora Librarij damnum seu iacturam capiant.

Vt etiam libri suspecti et prohibiti facilius eliminentur, Volumus Bibliopolis per Rectorem Academiae nostrae serio iniungi, ut Cathalogum omnium nouorum librorum eis post quemlibet mercatum Frankhfordiensem uel alias allatorum, Rectori et Decano Facultatis Theologicae semper offerant et ante eorundem admissionem sub euitatione grauissimae paenae non uendant, qui nempe cognoscere habeant, qui libri uel uendendi uel suprimendi sint.

19. De Vniuersitatis Aerario.

Quum nedum publicam Vniuersitatis quam etiam Facultatum et Stipendiorum pecunias varijs modis distrahi inque priuatorum magis quam publicam Vtilitatem saepe conuerti, et per superiores Facultates inter se diuidi etiam perhibeatur, nos perniciosum hunc abusum abolentes Statuimus et districte praecipiendo mandamus, Vt in posterum omnis pecuniae publicae siue Academiae seu facultatis uel etiam Stipendiorum fuerit, cesset partitio, sed ad rationes et Calculum redigatur. Decernentes ut tam peculiares Stipendiorum, quam etiam generales Vniuersitatis rationes a Stipendiorum Superintendentibus et Priore Collegij per Rectorem, Consistorium et Commissarios nostros a Locumtenente et Consiliarijs nostris deputandos praesente semper Superintendente nostro, Facultatum autem rationes per semetipsos singulis (quas Vocant) mutationibus remota omni uel exceptione uel dilatione exigantur et recipiantur ac omnis tam Vniuersitatis quam Facultatum et Stipendiorum pecunia remanens non in alium quam uel ipsius Vniuersitatis, Facultatum seu Stipendiorum publicum usum conuertatur, et uel maxime Academiae nostrae prouentus non solum conseruentur, sed quatenus commode fieri potest, etiam augeantur.

20. De Archiducali Collegio et qualitate Collegarum.

Quum Archiducale nostrum Collegium (quod non postrema Vniuersitatis nostrae pars est) liberalitate et munificentia Laudatissimorum Progenitorum nostrorum Archiducum Austriae fundatum ac peculiaribus adeoque sanctissimis Statutis roboratum sit, Quae tamen temporum iniuria, partim uero Collegarum defectu seu incuria non nihil in desuetudinem abierint, Sancimns ea-

dem Statuta per parentes et Collegas interueniente Superintendente nostro, pro praesentis temporis conditione reformanda ac instauranda arctiusque in posterum custodienda et obseruanda esse.

Etsi autem secundum praedicta Statuta duos Doctores Theologiae tanquam parentes seu Superintendentes et duodecim Magistros Artium coelibes in memorato Archiducali nostro Collegio esse oportere constat, tamen aliquandiu propter huiusmodi Doctorum et Magistrorum defectum praescriptum Statutum in specie obseruari non potuisse adeoque Magistros etiam uxoratos ad Collegarum munia et functionem extra tamen Collegij moenia authoritate nostra admissos esse. At quia Collegium in primis pro Theologiae et Artium Studiosis institutum dignoscitur, Quare auctis iam nunc Stipendijs Statuimus, ut deinceps semper duo Doctores et Professores Theologiae, tanquam parentes seu Superintendentes Collegium inhabitent, et quod numerus duodecim Collegarum, qui uel Sacerdotes sint, uel ad Sacros ordines adspirent, aut saltem quod in Collegio sint et Collegae esse uelint, coelibes viuant, paulatim instaurentur, illisque Collegium relinquatur, ac cuilibet eorum certa Artium Lectio, quam quisque pro dignitate praestare possit, designetur. Vxorati uero iam nunc existentes tantundem Collegarum nomine censeantur et tolerentur, donec successu temporis coelibes substitui queant.

Sancimus autem, ut omnes Collegae ipsum Collegium inhabitantes ab alienis officijs et seruitijs se plane retrahant et abstineant, quo rectius functioni suae satisfacere queant.

Ordinamus etiam, ut in Collegio mensa communis more antiquitus obseruato denuo instituatur et per omnes Collegas frequentetur.

Quodsi inter parentes et Collegas contentiones forsan suboriri contigerit, Decernimus easdem uel per Superintendentem nostrum amicabiliter complanandas, seu per Rectorem et Consistorium legitime dirimendas esse.

Et ut non solum lectionibus, sed et fundationibus ac institutionibus ad Collegium pertinentibus recte prospiciatur, Statuimus, ut uacante Collegiatura aliqua penes parentes et Collegas sit ius et potestas alium eruditum Magistrum, qui et Vniuersitati et Collegio honori esse queat, nominandi et praesentandi Locumtenenti et Consiliarijs Regiminis nostri, qui huiusmodi nominationes et praesentationes, nisi legitimum obstiterit impedimentum, ratas et gratas habeant.

21. De Canonicatibus et Beneficijs ad Collegium spectantibus.

Etsi collegium nostrum tertiam Canonicatuum in Ecclesia nostra Cathedrali Sancti Stephani partem, octo nempe, conferre hactenus consueuerit, Quum tamen antiquum Vigiuti quatuor canonicatuum numerum ex rationabilibus causis animum nostrum mouentibus ad minorem, sedecim videlicet, numerum contraximus, Quare praedicto Collegio nostro sex in posterum conferendi Canonicatus ius et potestatem concedimus, nimirum ut Vacante eorum Canonicatu aliquo parentibus et Collegis ius nominandi et praesentandi aliquem ex numero et gremio eorum competat, Nemine autem inter Collegas existente, qui vacantem Canonicatum petat uel acceptare velit, tunc liceat illis aliquem alium honestum Presbyterum de Vniuersitate, Sacrae Theologiae, Canonum uel artium Studijs incumbentem nominare.

Quodsi aliqui Collegae Canonici existentes in Theologia uel bonis artibus Lecturas habuerint, quarum causa diuinis officijs quandoque interesse nequierint, An-

nuimus quidem eisdem quotidianas distributiones per absentiam suam subtrahi posse, verum eos aliorum Capituli prouentuum omnium capaces esse et pro praesentibus reputari debere decernimus.

Porro cum pleraque manualia Beneficia partim de Jure patronatus Ciuitatis nostrae Viennensis, partim uero de Collatione Archiducalis Collegij nostri existentia habeantur, quorum quodlibet pro tempore vacans iuxta fundationes suas seniori Collegae id ipsum acceptare volenti conferendum sit, at propter defectum Collegarum ad Sacros ordines adspirantium fructus beneficiales nonnunquam in prophanos usus uertantur nec non in supplementum Stipendiorum imputentur adeoque piae Fundatorum Voluntati nulla ex parte satisfiat, Quamobrem de authoritate ordinarij, deque Ciuitatis nostrae consensu Statuimus, praememoratorum Beneficiorum iam nunc vacantium, uel per Collegas non Sacerdotes usurpatorum, et quae proxime uacabunt, bona et prouentus omnes publico Vniuersitatis nostrae Aerario incorporandos esse, Hoc scilicet ordine et ratione, ut multitudine quadraginta octo missarum ratione praedictorum beneficiorum omnis singulis Septimanis celebrandarum in pauciorem numerum nempe triginta duas missas redacta cuilibet Collegae Sacerdoti, uel ipsis Volentibus alijs honestis Presbyteris pro qualibet missa suo loco habenda sex cruciferi numerentur.

Quod si nec collegae nec alij Sacerdotes, qui missas eas persoluant (ut nunc sunt tempora), haberi queant, tunc retineanter sex illi Cruciferi, qui singulatim pro missa expendendi erant, quae pecunia collecta deinde pro parentum, uel ipsis deficientibus, Theologorum et Collegarum arbitrio, aut in pauperum aut alios pios usus erogetur. Superstites uero eorundem Beneficiorum prouentus omnes Aerario Vniuersitatis ce-

dant, Vnde tunc singulis Collegis perinde ac alijs Professoribus certa sua stipendia connumerentur.

22. De Visitatione Collegij.

Licet inter alia Collegij nostri Statuta caueatur, Rev. Dominum Episcopum Frisingensem pro tempore existentem quolibet anno Collegium uisitare debere, cum tamen hoc per eundem hactenus nec factum sit, nec facile praestari queat, Quare hanc prouinciam Rectori ac Superintendenti nostro, nec non quatuor Facultatum Decanis commitendam esse duximus, ut scilicet singulis annis ad minus semel ipsum Collegium et personas inibi existentes diligenter uisitent, et dirigant, ut omnia bono ordine et secundum Statuta rite et Legitime fiant ac procedant. Et quum magnopere referat Vniuersitati nostrae de conseruatore, protectore seu Superintendente aliquo graui et maturo, qui et pietate et Eruditione simul atque authoritate poleat, nec alijs negotijs nimis impediatur et ad quem nullum commodum uel incommodum ex eo officio redire possit, per nos prospici, Hinc de mente curam habebimus, ut talem personam semper designemus, quae sub certa functionis suae instructione totius Academiae nostrae pie ac bene gubernandae et dirigendae nomine nostro curam suscipiat, et ad omnia strenue inuigilet, et si quae grauiora acciderint, ad Locumtenentem, Cancellarium et Consiliarios Regiminis nostri in omnibus semper recursus habere possit et debeat.

Caeterum cum varias ac plerasque Stipendiorum fundationes sub diuersis etiam Statutis in Academia nostra reperiri constet, Et praeterea nonj illi Stipendiati per Praelatos et opida Patriarum Inferioris nostrae Austriae non exiguo admodum numero alendi his accedant, operae pretium esse putamus adeoque ordinamus

et Volumus, ut praedicta Stipendiorum omnium et singulorum Statuta per Commissarios nostros ad hoc delegandos omni cura et diligentia reuideantur ac cum Consilio cuiusuis Stipendij Superintendentium excutiantur, reformentur, et quantum fieri potest, in eandem consonantiam reducantur ac nostrae censurae offerantur adeoque accedente tandem authoritate nostra inuiolabiliter obseruentur. In alijs uero omnibus qua hac nostra reformationis constitutione non mutantur, corriguntur aut declarantur, Statuimus antiqua tam Vniuersitatis nostrae, quam singularum facultatum Statuta, maxime uero Academiae nostrae Libertates, Jura, Priuilegia et honestas consuetudines illaesas conseruandas, innouandas et confirmandas esse, prout praesentis Constitutionis Eulogio denuo clementer innouamus et Confirmamus.

Qua propter uobis omnibus ac singulis, Rectori, Superintendentibus, Decanis, Doctoribus, Licentiatis, Magistris, Baccalaureis, et toti denique Studiosorum Vniuersitati huius Academiae nostrae Viennensis praesentibus et futuris serio et firmiter praecipimus ac mandamus, ut has praememoratas ordinationes, Leges, Statuta et Constitutiones per nos, ut praefertur, innouatas, declaratas, Reformatas ac confirmatas sancte et inuiolabiliter obseruetis atque custodiatis, illisque sub poena in eisdem Statutis expressa nec non grauissimae indignationis nostrae, quam quilibet contrafaciens nouerit se incursurum, nullatenus contrauenire aut contrafacere audeatis uel praesumatis, Quia potius quisque quae sui sunt officij, partium, Status et conditionis, exequi et praestare studeat. Porro ne uobis Studiisque Vestris fauorem et benignitatem ullibi deesse cognoscatis, sed ut quisque Vestrum pro sua Conditione studijs suis eo libentiori animo absque ullo impedimento incumbere

et praememoratis Statutis satisfacere queat, Mandamus etiam et praecipimus serio et stricte Locumtenenti, Cancellario, Regentibus et Consiliarijs Regiminis et Fisci nostri Inferiorum prouinciarum nostrarum Austriacarum, nec non Burgimagistro, Judici et Consulibus ciuitatis nostrae Viennensis, ac caeteris quibuslibet Capitaneis, Vicedominis, Praefectis, Officialibus, Ciuibus, Subditis atque Fidelibus nostris, Cuiuscunque dignitatis, gradus, ordinis, conditionis et praeeminentiae fuerint, Vt uos tam in priuilegijs, gratijs, immunitatibus, concessionibus et donationibus nostris, quam in his Statutis, Legibus et ordinationibus denuo, ut praemissum est, per nos innouatis, declaratis, reformatis et confirmatis, nullo modo turbent aut molestent, sed potius protegant, defendant et manuteneant, ijsque uos quiete fruj ac gaudere sinant, quatenus sibi a grauissima indignatione nostra et alijs poenis Violatoribus huius firmissimi Edicti nostri pro arbitrio nostro irrogandis cauere uoluerint. Harum testimonio Literarum manu nostra propria subscriptarum ac sigilli nostri appensione munitarum mediante.

Datum in Ciuitate nostra Vienna die prima mensis Januarij Anno etc. Milles. Quing. Quinquagesimo quarto. Regnorum nostrorum Romani Vigesimo tertio, aliorum uero Vigesimo octauo *a*).

Ferdinand.

Ad mandatum Sacrae Reg.
Mtis proprium.

J. Jonas D.,
Vicecancellarius.

M. Singkhmoser
R^ta^ de Argento.

(Original auf Pergament mit anhängendem Siegel im Univ. Arch. Lad. XXXIX, 1.)

---

a) Hiezu folgende Notiz: „*Die 7. Januarij anno dni.* 1554 *uocatus est Rector et Consistorium ad sereniss. Rom. Reg. Maiestatem in curiam regiam et per uicecancellarium D. D. Jacobum Jonam Rec-*

63.

1556, 19. Mai, Wien.

Instruction für den landesfürstlichen Superintendenten.

Ferdinandt etc. Instruction auf den Ersamben gelehrten Vnnser getreüen lieben Johann Gösel Doctor den Wür zu vnnseren Superintendenten vnnserer Vniuersitet alhie zu Wienn aufgenomben, wass er von vnnseren wegen vnnd in vnnseren nahmen bey ermelter Vniuersitet handlen vnnd lassen soll, wie hernach volgt:

Erstlich solle ermelter Superintendens vnnss mit dem aydt verpflicht sein, nemblich vnnss getrew, gehorsamb vnd gewarttig Zusein, auch seinem ambt threülich vnnd vleissig ausszuwartten, vnnd wass dise vnnsere Instruction vermag oder ihme khünfftiglich durch vnnss oder vnnser Regierung vnnserer N. Oest. Landten auferlegt, vnnd beuolchen wurdet, demselben treülich vnnd vleissig nachkhumen.

Zum anndern der Superintendens soll fein vleissig aufmerkhen, damit bey der Vniuersitet allenthalben den Statuten vnnd der neuen aufgerichten Reformation nachganngen werde, vnnd wo er befünndt oder innen wirdt dass denselben zuwider gehanndlet, solches Rectori vnnd Consistorio anzaige, vnnd bey denselben anhalte, damit gebührliche einstehung vnnd wenndtung durch Sye bescheche, wo aber durch Rectorem vnnd Consistorium über sein vernehmen vnnd anhalten khein einstehung oder wenndtung bescheche, alssdann sol er Vnnser Regierung solches anzaigen vnnd khaines wegs verhalten.

---

tori et consistorio haec noua reformatio est oblata, quam debita cum reuerentia acceperunt et die undecima eiusdem Mensis per D. M. Christophorum Hillinger in aula Vniuersitatis est recitata atque praelecta (Univ.-Registr. Urkunden-Fascikel, ad 1554).

Zum Dritten so offt auch ein Rector ein Consistorium heldt, solle er den Superintendenten durch den Pedellen oder sonnst ansagen lassen, ob er darbey erscheinen, vnnd ambts halben iedes fürbringen wolle, vnnd wass er als in Consistorio fürbringt, soll er mit guetter beschaidenhait thuen, vnnd den anndern Consistorialn in ihren votis vnnd rathschlegen nit einreden, wann Er auch von dem Rector vmb seine guetbedunkhen gefragt wirdt, soll er dasselb mit gueter beschaidenhait dem Rector vnnd Consistorio mitteillen. Wann auch ainem Rector sachen fürfallen gemeine Vniuersitet belangendt, darinen Er des Superintendenten Rath notturfftig ist, soll er Superintendent schuldig sein, auf des Rector begehren in Consistorio zuerscheinen, vnnd wass der Vniuersitet noturfft ist berathschlagen zu helffen, doch wass Parthey sachen sein die einem Rector vnnd Consistorio fürkhommen, damit sol der Superintendens vnbeladen sein.

Zum Vierdten der Superintendens soll im Consistorio khain stimm oder votum wie die anndern Consistorialn haben, sonndern wann er durch den Rector vmb sein guetbedunkhen gefragt wirdtet, soll er dasselbe allein rathweiss anzaigen, wo alsdann Rector vnnd Consistorium demselben zuewiderschleuss, soll sich der Superintendens mit ihnen in khain Zannkh oder disputation einlassen, wo er aber vermainth das der beschluss den Statutis vnnd reformation zuwider, oder der Vniuersitet nachteillig, oder sonnsten wider vnnss sey, soll Er Superintendens Zuuor Rectorem vnnd Consistorium desselben ermahnen vnnd erindern, wo Sye aber bey deren fürnemben verharren wurdten, so soll er die sachen vnnss oder vnnserer Regierung anzaigen, die wirdt alssdann die gebühr zu handlen oder fürzunemben wissen.

Zum Fünfften nach dem Zwoo Persohnen insonders besoldet werden, die die Lectores wann dieselben lesen täglich aufschreiben, solche persohnen sollen allweg durch den Rector vnnd Consistorium mit rath vnnd vorwissen eines Superintendenten vnnd ihnen die aydespflicht in beysein des Superintendenten fürgehalten werden, auff solche Zwoo Persohnen solle der Superintendens insonderheit sein vleissig aufmerkhen vnnd gueth nachfrag halten, damit Sye ihren habenden beuelch vleissig ausswartten, vnnd niemandts im aufmerkhen ichtes übersechen, wo aber solche persohnen mit vnfleiss oder vntreii betretten wurden, solches sollen Sye durch Rector vnnd Consistorium erfordert, vnnd in beysein des Superintendenten nach genueg-samber verhörrung der sachen mit straff gegen ihnen verfahren oder gar geurlaubt werden, die ietz gemelten zwoo Persohnen sollen schuldig sein dem Superintendenten alle acht tag die verzaichnung der Lectores zuebringen mit vnderschiedlichen bericht vnnd specification, wie iedes tags vnnd ieder stundt gelesen, oder nicht gelesen hab, damit mann sechen, vnnd wissen mög, wer gelesen hab oder nit, verrer die notturfft derwegen Zuhandlen.

Zum Sechsten der Superintendens soll sich nit allein auf die obgemelte persohnen verlassen, sonndern in anndere weeg auch sein nachfrag haben, welcher lector gelesen hab oder nicht.

Zum Sibenden nachdem es an dem nit ein genüegen ist, wann gleich die lectores ihre lectiones iederzeit verrichten, wo sye nit auch vleissig auf die lection studiren vnnd sonst nutzlich lesen, So soll der Superintendens so offt er das thuen khann, die lectiones (iezt dise darnach ein anndere) vnuersehens besuechen, auch bei den Auditoribus vnnd annderen sein

gründliche nachfrag haben, vnnd wo er einen vnfleiss oder abgaung bey den lectionibus befündt, soll er Sye anreden, oder solches Herrn Rectori vnnd Consist. fürbringen damit nothwendige (Abhilfe?) durch die beschechen möge.

Zum Achten der Prior Collegij soll den Lectoribus die besoldtung für sich selbst nicht hinaussgeben, sonnder Zuuor der verzaichung der iehnigen so gelesen oder nit gelesen, von den obbemelten Persohnen zu seinen hanndten nemben vnnd dieselb dem Rectori Zuestellen, welche verzaichung alsdann der Rector im Consistorio in beysein des Superintendenten fürbringen, vnd wie Sye dieselben befündten, sollen sye bezahlung verordnen vnnd khcinem lectori hieinen ichtes übersechen.

Zum Neundten damit auch die Stationes, disputationes vnnd anndere Actus publici dest stattlicher vnnd vleissiger verricht werden, solle der Superintendens bey solchen actibus, souihl es sein khann persöhnlich erscheinen.

Zum Zeechenten der Superintendens soll mit einnemben vnnd aussgeben bey der Vniuersitet nit beladen werden, sonnder ein ieder Prior Collegij soll der Vniuersitet geföll vnnd cinkhomben mit vorwissen vnnd in beysein Rectoris, Superintendentis vnnd Senioris Collegij oder wen ihr ieder an seiner statt schicklhen wirdt, einnemben, vnnd wass er also einnimbt, soll von stundt an *ad arcam* erlegt, vnnd mit vier vnderschiedlichen schlössern verwahrt werden, zu welchem *Arca* der Rector ain schlissel, dergleichen der Superintendent, Prior vnnd Senior ieder auch ain schlissel haben soll.

Zum Ailfften wann es auch notturfftig, das aussgaben bey der Vniuersitet beschechen sollen, als-

dann soll die truehen durch den Rectorem, Superintendenten, Priorem vnnd Seniorem Collegij oder wen dieselben darzue schiekhen, eröffnet werden, vnnd wass der Prior für aussgaaben thuet, darumb soll er iederzeit Quittung nemben, auch ausser vorwissen vnnd beuelch Rectoris vnnd Superintendentis nichts aussgeben vnnd vmb die aussgab vnnd Empfanng ordentlich Raittung halten.

Zum Zwöllfften ein ieder Prior Collegij soll Zu aussgangs seines Priorats sein Raittung Rectori vnnd Superintendenti fürbringen, die sollen alssdann bey vnnser Regierung vmb Commissarij zu aufnembung der Raittung anhalten; Volgendts die Raittung durch dieselben Persohnen auch etliche *ex Consistorio* so der Rector Zu sonnders darzue berueffen soll aufgenomben werden, vnnd wann die Raittung also aufgenomben vnnd approbirt ist, soll alssdann der Rest oder Remanenz gezelt, vnnd dem nachkhombenden Priori in beysein der ieztgemelten Persohnen vnnd Senioris sambt des Prioris Schlissel überantwort vnnd *ad arcam* widerumb erlegt vnnd darinen obangezaigter massen verwahrt werden.

Zum Dreyzechenten wann vnnd als offt auch die Raittung bey den Bursen aufgenomben werden, soll der Superintendent solchen Raittungen beywohnen.

Zum Vierzechenten wofehrn ichtes fürfallen wurdt, dauon in den Statutis vnnd der neüen Reformation khein fürsechung beschicht, oder darinen ein mehrere fürsehung als in den Statutis vnnd der neüen Reformation begriffen, vonnöthen sein wurdte, dass soll der Superintendent vnser Regierung iederzeitt anzaigen vnnd darüber beschaidt nemben.

Zum Funffzechenden wiewohl es ainem Superintendenten nit wohl müglich bey den Visitationen

der Bursen iederzeit zuerscheinen, so soll er doch Zue Zeitten so offt es sein khann darzue khomben, nit vnderlassen, darinen er sich vnnsers gnedigisten versechens, souihl müglich alles vleiss gebrauchen wirdet, vnnd an ihme nichts erwinden lassen, damit also bey mehr obberührter vnnser Vniuersitet allenthalben den Statutis vnnd der neu aufgerichten Reformation hinführan nachgangen, auch in betrachtung, dass wür dieselb Mit besserung der Einkhomben vnnd besolldtung neülicher Zeitt gnediglich fürgesehen vnnd begabt haben, bey den Studiosen desto stattlicher beständtige Ordnung, auch guette hüet, erbarkhait vnnd lehre dem Allmechtigen Gott zu ehren vnnd Zu hilff vnnd auffnehmung seiner K. Christlich. Catholischen Kirchen gepflannzt vnnd erhalten werden müge. Welche Instruction wür auff vnnser gnädiges wohlgefallen aufgericht, vnd vnnss dieselb vnnserer gelegenhait nach Zumündern vnnd Zue mehren vorbehalten haben wöllen, vnnd an dem allm beschicht gnediger vnnd endtlicher will vnnd mainung. Geben in vnnserer Statt Wienn den Neunzehendten Tag May Anno im Sechs vnnd Funffzigisten.

(Arch. der k. k. Stud.-Hofcommission.)

64.

1558, 28. Juni.

Anweisung des Platzes im Consistorium für den Prior des Artisten-Collegiums.

Regirung Ratschlag von wegen Prioris collegij session im consistorio.

N. Rectori vnnd Consistorio der Vniuersitet allhie hierauf anzuzaigen, der Regierung befelch sey, das der Prior Collegij die leste stell in dem consistorio haben

soll. XXVIII. Junij Anno Domini 1558 sub Rectoratu dni D. Georgij Ederi.

(Univ.-Registr., Urkunden-Fascikel fol. 95 mit dem Beisatze von späterer Hand: *Anno Domini 1562 die 7. Nouembris sub Rectoratu D. Georgij Waltheri Prior Collegij in Consistorio primo iuramentum praestitit iuxta Excelsi regiminis decretum.*)

65.

1558, 10. September, Wien.

Kaiser Ferdinand I. bestätiget der Universität das Recht, Dichter zu krönen.

Wir Ferdinand von Gottes Genaden Erwölter Römischer Kaiser etc. (Langer Titel) Bekhennen hiemit offentlich mit diesem Brief vnd thuen khunth allermenigeklich, das Vnns die Ersamen gelerten Vnsere getrewen N. Rector, Superintendent Vnnd das gantze Consistorium Vnserer Vniuersitet zu Wienn ein Priuilegium Vnnd Freihait, Von wegen Creirung der Poeten, so Sy von Weilendt vnserm lieben Herrn Vnnd anherrn Kayser Maximilian seliger gedechtnus erworben, vnderthenigclich fürbracht, Vnd dasselb zu Confirmiern Vnnd zu bestätten gehorsamblich gebetten, Welches von Wort zu Wort also lautet, Maximilianus diuina fauente Clementia (*folgt die Urkunde vom 31. October 1501 nach ihrem ganzen Inhalte*).

Dass wir demnach gnedigclich angesehen Vnnd betracht haben, ermelter Vnnserer Vniuersitet Zu Wienn Vnnderthenig Vnnd diemüetig Bitt, Vnnd demnach mit wolbedachtem mueth guetem Zeittigen rath Vnnd rechter wissen, Inen obangeregte Priuilegium Vnnd Freihaiten gnedigclich Confirmiert Vnnd bestätt, Confirmiern Vnnd bestätten Inen dass auch alls erwölter Römischer Kayser hiemit wissentlich Vnnd in crafft dits Brieffs Vnnd mainen Vnnd wöllen, das angeregt Ir Pri-

uilegium In allen Vnnd Jeden puncten Vnnd Innhaltungen stätt Vest Vnnd crefftig sein, Vnnd Sy Vnnd Ire nachkhomen sich deren freien, geniessen Vnnd gebrauchen sollen Vnnd mügen, Von allermenigclich Vnuerhindert. Vnnd gebietten darauf etc...... Mit Vrkhundt dits Briefs besiglt mit Vnserm Kayserlichen anhangenden Insigl, Der geben ist In Vnnser Statt Wienn den Zehenden tag des Monats Septembris, Nach Christi Vnnsers lieben Herrn Vnnd Seligmachers geburt Fünffzehenhundert Vnnd In acht Vnnd fünffzigisten, Vnnserer Reiche des Römischen Im Acht Vnnd Zwainzigisten, Vnnd der anndern Im Zway Vnnd dreissigisten.

Ferdinand.

(Orig. Perg. mit grossem anhängendem Siegel. Univ. Arch. Lad. XXXVII, 6.)

66.

1561, 15. September, Wien.

Kaiser Ferdinand I. ordnet das zwischen der Universität und der Stadtgemeinde Wien streitige Jurisdictions-Verhältniss *a)*.

(Arch. der k. k. Studien-Hofcomm. — Gedruckt im Cod. Austr. II, 390.)

---

a) Einen genauen Auszug aus dieser Urkunde siehe im ersten Bande, I. Theile, S. 287. — Hieher bezieht sich auch folgende Urkunde: 1623, 18. Juli, Wien. Kaiser Ferdinand II. ertheilt den Bürgern von Wien das Einstandsrecht auf alle Häuser und liegenden Güter, welche in und vor der Stadt in die Hände nicht bürgerlicher Personen gekommen sind, jedoch „diejenigen Personen, welche von..... Kaiser Ferdinando..... *sub dato* den Fünffzehenden Septembris Anno Fünffzehenhundert ain vnd Sechzig wegen erkäuff- vnd bewohnung der Bürgerlichen häuser vnd Güther befreyet worden, hierunter nicht verstanden, sondern die Ihnen ertheilte Freyheiten alles ihres inhalts gänzlich bey Cräfften verbleiben." (Hormayr, Gesch. Wien's V, 2, S. CCXV.)

67.

1561, 1. October.

Auftrag Maximilian's II., dass die Mitglieder der Universität für ihre Praxis keine Steuer, und für die Einfuhr ihrer Speis-Weine keinen Aufschlag an die Stadt zu entrichten haben.

Der Königl. Würden zue Böhaimb etc. Beuelch und Rathschlag die abstellung der Steür von dem practiciren, und hereinlassung der Wein der Vniversitet mitglidter betreffendt.

Von der Königl. Würden zue Böhaimb wegen N. Burgermaister und Rath der Statt Wienn zuezustellen, und zu beuelchen, dass Sye die Röm. Kay. Maytt. hieuor ergangenen Reformation der Hochenschuel, auch iüngst ervolgter Declaration gehorsamblich nachkhommen, die von der hochenschuel dawider nit beschwähren, und insonderheit von der blossen practicten wegen nit steüern, und ihnen ihre Speisswein zue Ihrer hauss notturfft unauffgehalten in die Statt hereinlassen.

Decretum per Regem prima Octob. ao. etc. 61.

(Univers.-Registr. V, S. 3.)

68.

1564, 5. September.

Decret Maximilian's II., dass nicht mehr die Ablegung des römisch-katholischen Glaubensbekenntnisses, sondern nur die Erklärung, der katholischen Kirche anzugehören, der Promotion vorherzugehen habe.

Sacra Caesarea Maiestas Dominus noster clementissimus audita difficultate, quae in promouendis in hoc Viennen. Archigymnasio Doctoribus inijcitur, circa professionem Catholicae et Romanae Religionis ab ipsis

exigendam, Mandat atque de caetero inuiolabiliter obseruandum serio decernit, vt deinceps in quacunque demum studiorum grauiorum Facultate Doctoratus aliarumque dignitatum insignia suscepturus, si sese Catholicum esse et cum matre Catholica Ecclesia communicare professus fuerit, ad Romanae insuper Ecclesiae fidem speciatim profitendam minime astringatur. Quod ita sese velle Caesarea sua Maiestas manu sua subscripta et sigillo Caesareo hic impresso attestatur. Decretum Viennae Austriae quinto die mensis Septembris anno etc. sexagesimo quarto.

Maximilianus.

Ad mandatum S. Caes.
Mai. proprium
J. V. Schuanbach.

(Urkunden-Fascikel in der Univ.-Registr. fol. 37.)

69.

1566, 3. September, im Feldlager zwischen Raab und Komorn.

Kaiser Maximilian II. bestätiget die Freiheiten, Rechte und Gewohnheiten der Wiener Universität.

Wir Maximilian der Annder etc. (Langer Titel) Bekhennen für vnns vnnd vnnser Erben, offenntlich mit disem Brieff, vnnd thuen khundt allermenigclich. Das für Vnns khomen sein. Die Ersamen, gelerten Vnsere lieben Andechtigen N. Rector vnnd gemaine Vniuersitet, Inn Vnser Statt Wienn. Vnnd batten Vnns diemuettigclich, das wir Inen all vnnd Jeglich gnad, Freyhaitt, Brieff, Priuilegia, Recht, Alltherkhumen, Vnd guett gewonhaitt, die weillendt vnssere Vordern Fürsten von Oesterreich vnd am Jungsten weilenndt der Allerdurchleuchtigist Fürst K. Ferdinandt, vnnser geliebter Herr vnnd Vatter, hochloblicher gedechtnusse, Iren Vorfordern, Vnd derselben Vniuersitet gegeben,

Signatum Wien vnder Irer Mt. aufgetruckten Khayserlichen Secret Insigl, den 21. 8bris Im 1622. Jahr.

Jo. Bapt. Verda V. V.

O. hoff V. Cantzler. Tobias Gertinger.

(Archiv der k. k. Studien-Hofcommission. — Von aussen noch der Zusatz: „Denen herrn Gehaimben vnd deputirten hinderlassen Räthen, die sollen ob diser resolution vestigelich handt haben. Per Imperatorem. 24. Oct. 1622. Grabler.")

81.

1622, 17. November, Wien.

Uebereinkommen über die Incorporirung des Jesuiten-Collegiums mit der Universität, abgeschlossen von den beiderseitigen Commissarien.

Articuli facientes ad suauiorem executionem Decreti Caesarei, quo Collegium Societatis JESV almae Vniuersitati Viennensi incorporatur, de quibus conuenit inter sex a Vener. Consistorio deputatos Commissarios Plenipotentiarios, et Patrem Rectorem Collegij Societis JESV, conclusi 10. et 16. 9bris 1622, Hinc a Magnifico D. Vice Rectore et Magnifico D. Superintendente Vniuersitatis, inde ab R. P. Visitatore Societatis JESV in Austria et principaliter ab Illmo et Excell.^mo D. D. Leonardo Elfrido Comite a Meggau Equite aurei uelleris, Sacrae Caesareae Maiestatis intimo Consiliario, et in excelso Regimine Inf. Austriae Locumtenente; et a Magnifico et Generoso D. Joanne Ruperto Heggenmüllero a Tubenweilern, eiusdem sacrae Caesareae Maiestatis intimo Consiliario, et in excelso Regimine Cancellario, dignissimis suae Maiestatis Caesareae ad executionem Decreti deputatis Commissarijs, manus propriae subscriptione confirmati.

1. Collegium Societatis JESV tanquam uerum et uiuum Vniuersitatis membrum (maxime uero ij Doctores ac Magistri e Societate, qui aut in Academia profitebuntur, aut alias erunt in facultatibus) supremam in Academicis Magnifici Dni Rectoris et Consistorij authoritatem et Jurisdictionem agnoscet et uenerabitur. Reliqua realia et personalia pristino suo in statu etiam post Vnionem remanebunt.

2. Rector Collegij erit in duabus facultatibus, Theologica et Artistica, sic tamen ut in Artistica ad nullum eligatur aut eligi possit officium, nec intersit consilijs facultatis, nisi quod sit capax Rectoratus in illa; vt ne uero sit Rector in illa sine electione, uult ac poterit Vniuersitas suae Maiestati supplicare et illam informare; Vniuersitas interim nihil uult sibi praejudicare; Patres contra stant Decreto. Caeterum in Theologica eligi poterit in Decanum, Procuratorem, Rectorem etc. In Consistorio ac alibi eum occupabit locum, quem postulat officium quod gerit, aut ordo antiquitatis in facultate iuxta consuetudinem Vniuersitatis.

3. In facultate Artistica etiam post incorporationem manebunt magistri qui nunc in illa sunt, et in actibus publicis occupabunt locum sibi, iuxta Vniuersitatis leges, conuenientem. De Decanatu in eadem facultate poterit Vniuersitas suae Maiestati supplicare ut supra de Rectoratu, Patres etiam hic stant Decreto; interim Decanus qui nunc est, manebit usque ad futuram Rectoris mutationem.

4. In facultatem Artisticam praeter Rectorem Collegij, ut supra a. 1. dictum est, modo infrascripto admittetur in primis Decanus, si continget, iuxta supra dicta, eum a Societate constitui, deinde professor Metaphysicae, Physicae, Logicae ac Dialecticae, Ethicae, Mathematicae, Rhetoricae, Linguae Hebraeae, Graecae,

artis Poëticae. Quando uero Decanus aut caeteri suis defungentur officijs, manebunt nihilominus facultatis membra (sic ut possint examinare pro gradibus, consilijs tamen facultatis interesse non possint) et eum in actibus Academicis locum occupabunt, qui cuique iuxta antiquitatem receptionis in facultatem et Academiae consuetudinem competet.

5. Doctores ac Magistri a Societate ad munia Academica iuxta suae Maiestatis Decretum deputandi, in facultates Theologicam et Artisticam admittentur ratione et modo, qui sequitur. Rector Collegij curabit se inscribi apud Magnificum D. Rectorem, et petet ab utroque Decano in facultatem utramque admitti, quem uterque beneuole statim, etiam sine repetitione, admittet, et eadem est ratio de reliquis qui in Artistica sunt futuri, nec tamen profitebuntur. Electi autem et prima uice constituti a Societate ad profitendum, tam in theologia quam in artibus, ubi dicto modo apud Magnificum D. Rectorem fuerint inscripti, et a Decano (qui nullam omnino faciet difficultatem) in facultatem adsciti, per Collegij Rectorem, coram aut scripto, praesentabuntur Magnifico Domino Rectori, qui uel eadem uel prima sequenti die, conuocato Consistorio, aut, si id fieri commode non possit, accepta ab ijs, praesente notario, promissione consueta, electionem Societatis habebunt ratam et gratam. Repetitionis loco disputationibus ordinarijs tam ad gradus, quam caeteris praesidebunt (repetitionis titulus praefigetur thesibus) et eos exercebunt actus, qui pro more Societatis munus eam Facultatem docendi comitantur.

6. Reliqui Magistri qui de Societate non sunt, et in facultatem Artisticam cooptari petunt, modo et more hactenus consueto, nempe productis legitimae natiuitatis et promotionis literis, cooptabuntur.

7. Quantum ratio loci feret, dabitur opera ut fabrica scholarum ita accomodetur, ut adolescentes et scholae Poësi et Poëtis inferiores caeteris ne permisceantur.

8. Auditores Societatis suis temporibus in matriculam referentur, et legibus moderatae depositionis, quae fit in praesentia Decani, iuxta Academiae consuetudinem, subiacebunt. Excipiuntur tamen Clerici et qui habitum gestant Ecclesiasticum.

9. Ratio typographiae suo in statu manet, id est, Decani approbant, quae ad suam spectant facultatem; reliquis a professore approbatis subscribit. Magnificus D. Rector.

10. Locus Consistorij, Cancellariae, Archiui, Bibliothecae Vniuersitatis manet idem, donec alius aeque bonus aut melior de communi consensu a Societate accomodetur. Claues habebunt ij, qui iuxta Vniuersitatis morem habere solent, cum libero accessu temporibus opportunis. Circa auditorium theologicum, et nunc et postea, seruabitur quod est in Decreto Caesareo.

11. Patres domos Bursarum a pijs personis ad studiosorum habitationem et sustentationem legatas, quas in templum et scholas non conuertent, pro suo instituto ac zelo, ita in eum finem accommodabunt, ut quam plurimi in ijs degere et ali possint, quo piae fundatorum intentioni fiat satis. Bursarum uero literae, quae fundationes et stipendia concernunt, transferantur ad commune Vniuersitatis Archiuum; quae domos ipsas concernunt, aut Societati tradentur, aut earum paria legitime authenticata.

12. Societatis erit, accepta possessione aedificiorum assignare commodum ac opportunum locum, ubi facultas Artistica conueniat, et ubi eiusdem facultatis Bibliotheca asseruetur; et quoniam eadem facultas ex censu domus suae ad sacra nonnulla facienda pro de-

functis e facultate, et alia pia opera, annuatim circiter quinquaginta florenos deputauit: qui census, domo Patribus tradita, cessabit: sua Maiestas aliunde in hunc finem annuatim totidem certo pendendos assignare dignabitur; prout in eam rem suam operam Dni. Commissarij Caesarei sunt polliciti.

13. Quoniam Medici proprium Collegium non habent sed docent in una parte Collegij Archiducalis, illis ea pars tamdiu manebit, donec illis de meliori prouideatur.

14. Ijs, qui curam gerunt stipendiorum et fundatiouum, quarum redditus consistunt in cultura uinearum, assignabitur locus, in quo uuas exprimant, et collecturam reponant.

15. Stipendiatis cuiuscunque facultatis, qui a Superintendentibus iuxta formam et morem fundationis proponentur, Societas in aliquo Seminario dabit habitationem et alimoniam, iuxta stipendij modum et proportionem, et eos tamdiu in Seminario retinebit, quamdiu se se disciplinae ac legibus accomodabunt. Si quos autem Societas intolerabiles experietur, ac dimittet, de ijs dimissis Superintendentem faciet certiorem, ut dispiciat an talis posthac beneficio stipendij priuari debeat.

16. Si quispiam lege ac iudicialiter contra aliquem Societatis studiosum aget, is ad magnifici D. Rectoris tribunal remittetur.

17. Examina pro gradibus, et promotiones in Philosophia fient ritu et more Societatis, examinabunt Baccalaureandos Decanus et alii duo facultatis (uel qui fuerint de facultate) magistri a Societate electi, quibus facultatis magistri, qui de Societate non sunt, per electionem adiungent alios duos, qui etiam de Societate non sint. De eligendis uero examinatoribus pro gradu magisterij conueniet Societas cum D. Cancellario.

18. Ad maiorem beneuolentiam et mutuam animorum inter Vniuersitatis membra coniunctionem conseruandam, mutuo sese facultates et promouebunt et honorabunt: et omnem omnes ac singuli eo cogitationem conuertent, ut almae Vniuersitatis corpus uniuersum uel maxime efflorescat, et quam plurimos uiros doctos reipublicae pariat. Huc facit, ut si quando Rector Collegij, iuxta suae Maiestatis Decretum, Vniuersitatis Rectoratum est aditurus, aduertatur id beneuolis Academicis fieri: adeoque omnes Academicas caeremonias et solemnitates exerceat, quae exercentur, si a Procuratoribus esset electus; et proinde ab illis more et ritu Academico Rector eo casu promulgabitur.

19. Si contingat Rectorem Collegij, dum Rectoratum Vniuersitatis gerit, abesse debere, uices eius geret pro more Decanus Facultatis, in qua Rectoratum gerit, si mori aut defungi officio Collegij, in dignitatem eius successor, seu Rector, siue Vice Rector Collegij succedit, prius tamen quam exerceat, adscribi debet facultati, ut articulo 5° dictum est; si postremo dum Rectoratus dignitatem obtinet, aut non possit, aut nolit aliquando iustas ob causas interesse Consistorio, fas est ut in illo sibi substituat facultatis Theologicae aut Juridicae Decanum.

Actum Viennae Austriae die 17. Nou. 1622.

Leonardus Helfridus, Comes de Meggau. — Joannes Rupertus Hegemüller. — Conradus Colmannus, medicinae Doctor, Archigym. Vienn. Vice Rector. — Christianus Schafler Dr. Vniuersitatis Superintendens. — Joannes Angelus Soc. Jesu Visitator. — F. Gabriel deuega. — Ldl. Fuchs dr. — Clemens Radolt Dr. — Adam Olitorius. — Georgius Liess Dr. — J. Zwerger. — Gulielm. Lamormain. R.

(Orig. mit aufgedr. Siegeln im Arch. der k. k. Stud.-Hofcomm.)

82.

1622, 19. December, Regensburg.

Kaiserliches Decret, welches a) einige Bestimmungen über die Professoren des nunmehr aufgehobenen Artisten - Collegiums trifft, und b) festsetzt, dass das Patronats-Recht über die sechs Canonicate bei S. Stefan von nun an den vier Facultäten der Universität zusammen zustehen solle.

An die zu Wienn hinterlassene Gehaime vnd Deputirte Räth.

Ferdinand etc. Hoch- vnd Wolgeborn, Edl, Ehrsame, Liebe vnd Getreue. Wass Ir Vnss auf N. Prioris vnd Professorum Archiducalis Collegij Viennensis gehorsamist eingeraichtes Supplieiren, dass Sy Nemblich berürtes Collegium vor khonfftigen St. Geörgen Tag denen Patribus Societatis Jesu nicht abtreten werden khönnen, auch Ir besoldung wegen der Professurn, vnd des Archiducalis Collegij prouentus auf Ir Lebenlang sambt dem Jure Patronatus der Sechs Canonicat bey St. Stephan in Wienn Zuuerwilligen allervnderthenigist bitten, vber abgeuordertes Guttachten Vnsers superintendenten bey der Wiennerischen Vniuersitet, Christian Schäffler beeder Rechten Doctorn Vnd N. Oe. Regiments Rath, Verrer mit Eurer Räthlichen Wolmainung gehorsamist berichtet, dass haben Wir abhörendt mit mehrern allergnedigist Vernomen.

Wolten Euch hierauf gnedigist nicht Verhalten, dass souil die wohnung der Professoren in Archiducalj Collegio belangt, Wir Vnss, dass Sy biss auf khonfftigen Georgi darinen Verbleiben mügen, gnedigist gefallen lassen, Inen auch die Jährliche Besoldung der Hundert gulden auf Ir lebenlang Zuraichen, Vnd dass Jedem Professorj Archiducalis Collegij an statt der begerten Prouentuum, damit Sy sich anderwerts desto

leichter diss Jahr hinumb erhalten mügen, doch semel pro semper, von dreissig biss in Vierzig gulden auss der Vniuersitet Aerario geraicht werden sollen, gnedigist Verwilliget haben. Souil aber dass Jus Patronatus vber die Sechs Canonicat anlangen thuet, solle dasselb hiemit allen Vier Facultaten auf der Vniuersitet zugleich Allergnedigist conferirt sein vnd Verbleiben. Beuelhen Euch demnach gnedigist, Ir wollet solch vnser allergnedigist ergangene Resolution ermelter Vniuersitet erindern lassen, Vnd benebens gemessen Verfüegen, dass derselben in ainem vnd andern würdelich nachgelebt werde. Hieran beschiecht Vnser gnedigister willen vnd Mainung. Bleiben Euch benebens mit Kaiser- vnd Landtsfürstlicher Gnad wol gewogen. Geben etc. Regenspurg den 19. Decemb. 1622.

(Orig. im k. k. Arch. in Cultus-Sachen, n. 28.)

83.

1623, 7. August, Wien.

Neuerliches Uebereinkommen über die Incorporirung des Jesuiten-Collegiums mit der Universität, abgeschlossen von den beiderseitigen Commissarien.

Quod Deus Opt. Max. bene feliciterque faciat euenire Sapienti prouidentia, Consilioque illustrissimorum et excellentissimorum dominorum sac. Caesar. Maiestatis Commissariorum; domini Leonardi Helfridi Comitis de Meggau. d. Maximiliani Comitis de Trautmannstorff. d. Joan. Bapt. Verda, Baronis à Verdenberg, Consiliariorum eiusdem sac. Caesar. Maiest. arcanorum; et Nobilis ac praeclarissimi d. Joan. Wencell Imperialis Consiliarij Aulici.

Die 19 et 20 Julij 1623 Mag. Dominus Gulielmus Regperger Vniuersitatis Viennensis Rector, Magnificus Dominus Christianus Schaffler Superintendens Caesa-

reus, et sequentes quatuor Doctores e quatuor Facultatibus cum plenipotentia ab alma Vniuersitate electi, Reuerendus dominus Georgius Fridericus Koler ss. Theologiae doctor. d. Bartholomaeus Carolus Praetorius philosophiae et iuris utriusque doctor et pro tempore Facultatis iuridicae decanus. d. Sigismundus Geisler, Philosophiae et Medicinae doctor et d. Petrus Hoffman, artium liberalium et phil. doctor ex una. Et Reuerendus Admodum Pater Joan. Argentus soc. Jesu per prouinciam Austriae Visitator nec non Reu. Gulielmus Lamormaini Collegij Viennensis eiusdem soc. Jesu Rector, praesente etiam R^{do} Patre Christophoro Dombrino soc. Jesu sacerdote ex altera parte; ad stabiliendam praefati Collegij cum Vniuersitate Vnionem per Sac. Caes. Majest. nuper factam amice, beneuole, firmiter, constanter, unanimi voluntatum consensione, ad approbationem confirmationemque sac. Caes. Maiestatis quae sequuntur constituerunt, definiuerunt, declararunt.

§. 1. De Rectoratu, et Rectore Vniuersitatis, eiusque post vnionem electione, dignitate, iurisdictione.

1. Inprimis Reuerendi patres soc. iesu, ad demerendam Vniuersitatis beneuolentiam omni omnino iuri ad Rectoratum Academiae etiam ex electione passiua tam in Theologica quam in Artistica Facultate per caesareum Vnionis translationisque Collegij decretum et transactionem mense Nouembri anno superiore factam acquisito sponte et libere renunciaut; et quicquid in Academico Rectoratu honoris est atque dignitatis, id totum uolentes, libentes dominis doctoribus quatuor facultatum qui de societate non sunt, relinquent.

2. Reuerendus Pater Rector Collegij soc. iesu, Collegiumque ipsum, tanquam uerum ac uiuum Vniuersitatis membrum et pars Magnificum dnum. Recto-

rem, ut electum totius Academiae caput (e quacunque demum electus sit Facultate) agnoscet, illique in actibus omnibus omnem eum honorem ac reuerentiam habebit ac deferet, quam alij deferunt, et hactenus detulerunt.

3. Quamobrem in ratione eligendi Rectorem Vniuersitatis per hanc Vnionem nihil mutatur. Electus etiam sua consueta constat authoritate et dignitate; et eam insuper in scholares societatis acquirit iurisdictionem; de qua § sequenti Nr. 3.

§. 2. De Rectore Collegij soc. Jesu.

1. Vniuersitas uicissim, ad contestandam suam in R. P. Rectorem et Collegium soc. iesu, sic unitum et translatum, beneuolentiam ac amorem, declarat inprimis hanc Collegij cum vniuersitate vnionem et translationem fieri non solum magna utrinque uoluntatum consensione, sed insuper ita fieri, ut nolint hac vnione aut religioso soc. iesu instituto, aut rationi institutionique studiorum eiusdem soc. iesu impedimentum ullum afferri.

2. Quamobrem Rev. P. Rector et societas ipsa in personas Collegij omnes, quae in Vniuersitate, iuxta Caesareum decretum, literas humaniores, philosophiam, Theologiam docent et in posterum docebunt, aut alias erunt in Facultatibus, aut in ijs gerent officium, omnem eam et in posterum retinebit iurisdictionem, ius de illis disponendi, eorumque ministeria dirigendi, et authoritatem, quam in eas habuit ante vnionem.

3. Eidem Rev. patri Rectori omnis cura disciplinae totaque correctio studiosorum scholariumue, qui Reuerendorum Patrum lectiones audiunt, aut in seminarijs degunt, adeoque omnis ea authoritas, quam in illos habuit ante vnionem, relinquitur. Si quis tamen

contra studiosorum praefatorum aliquem lege ue iudicialiter agere uolet, remittetur ad tribunal Magnifici d. Rectoris, qui Magn. dns. Rector omnes causas et querelas de talibus ad se delatas ad Rev. p. Rectorem diriget primo sine strepitu iudicij componendas, et actiones huiusmodi ad tribunal contentiosum non prius recipiet, quam ex Rev. p. Rectore Collegij intellexerit Causam et negotium aliter, quam via iuris componi non potuisse.

4. Si unus aliquis praeter patrum lectiones etiam iuridicas aut Medicas audiat et dubium oriatur, Magficone Rectori Vniuersitatis, an Rev. p. Rectori Collegij parere debeat, dispicietur quas lectiones per se et principaliter, quas minus principaliter et incidenter audiat. Si quis magister philosophiae creatus est, aut illam ordinate cum bono profectu audiuit, et bono ordine transiuit ad studium iuris aut Medicinae, et praecipue alterutri det operam: hic licet apud Patres audiat u. g. Mathesin, uel Ethicam, uel quaestiones d. Thomae de iure et iustitia, paret Mag. d. Rectori Vniuersitatis; teneatur tamen obseruare disciplinam societatis secundum illam unam quam audit lectionem. Contra si quis studeat philosophiae aut Theologiae ex professo apud patres, paret Rev. p. Rectori, etiamsi u. g. audiat etiam institutiones iuris, tenetur tamen et hic obseruare disciplinam professionis etiam secundum hanc unam lectionem quam audit.

5. Eidem R. p. Rectori Collegij hoc etiam honoris tribuit Vniuersitas, ut in Consessibus omnibus et actibus academicis sedeat, et locum occupet immediate post dominum superintendentem et quamuis sit in Facultate Theologica, quem admodum Magn. d. superintendens est in iuridica, nullum tamen in ea accipiet aut habebit officium; nec junget se circulis nationum

in electione Rectoris Academici, sed cum Mag. Rectore resignante, et superintendente, suo in loco remanebit; si quando in Consistorio tractanda fuerint negotia Academiae ad rem literarium uniuerse spectantia, idem R. P. Rector aduocari, nec sine eo, quod scholares omnes concernet, quicquam statui debebit.

6. Quem studiosum ob contumaciam aut mores improbos a scholis societatis R. p. Rector (cui soli id competit) arceri curauerit, id ipse significabit Mag. domino Rectori qui mandabit, ut talem ad studium iuris aut medicinae professores non admittant, idemque fiet si aliquis sponte insalutatoque professore scholas deseruerit. E diuerso si quis e societate doctorem, Magistrum studiosumue soli Mag. Rectori Vniuersitatis subiectum accusare uolet, illum accusabit primo apud Mag. d. Rectorem et non alibi.

7. Si quid aliquando Magn. d. Rector aut V. Consistorium verbo uel scripto, quod aliquem e societate eiusue officium concernat, significandum uel intimandum censuerit, id ad Rev. p. Rectorem Collegij et non ad alium dirigetur, ut in hoc etiam Instituti et religiosae disciplinae, et ordinis ratio habeatur: eadem seruabitur ratio quando studiosi ad comitandum Magn. d. Rectorem conuocandi erunt.

§. 3. De Cancellario, decanis et decanatibus, maxime in facultate Artistica.

1. Idem erit post vnionem hanc Cancellarius Vniuersitatis qui ante, Cathedralis uidelicet Ecclesiae ad s. Stephanum Praepositus: Ratio etiam atque electio et authoritas decanorum in facultate Theologica, iuridica et Medica eadem erit, quae hactenus fuit. De decano et decanatu facultatis Artisticae magno utriusque partis animorum consensu constituta sunt haec.

2. In primis ut vno semestri sit decanus e societate quem societas elegerit: altero semestri alius e facultate doctor seu Magister, quem facultas, ritu et more consueto, elegerit. Quando sic, elapso suo tempore, officium resignabit, monitus a R. P. Rectore per schedam eum publicabit, quem societas in sequentem semestrem elegit.

3. Decanus a societate constitutus toto semestri omnia decani officia geret et administrabit ut propria, praeterquam Vice-Rectoris Academiae; id enim muneris sustinebit exdecanus qui non est ex societate.

4. Decanus a facultate electus, toto suo semestri, suum in Consistorio, processionibus, et actibus publicis locum et dignitatem obtinebit, imo etiam facultatem conuocabit ac diriget, quando ob causam, quae scholastica non est, nec ad rem literariam spectat, conuocanda est.

5. Scholastica uero et ad rem literariam pertinentia omnia priuatim et publice hoc semestri Vicedecanus ex Societate (siue ille sit exdecanus siue alius) administrabit: facultatem, quando ob exanima, promotiones uel aliam quamcunque causam literariam conuocanda est, conuocabit ac diriget, etiam praesente, si adesse uoluerit, decano; qui tamen decanus, si adsit, primo loco considebit, et primus dicet sententiam. Diriget item dictus Vicedecanus disputationes, examina; omnia typis mandanda recognoscet et censebit, conferet gradus. Quod tamen munus, honoris causa, deferet aliquando professoribus et alijs Magistris tam e societate, quam ceteris. Determinationes quaestionnm publice disputatarum seu Resumptiones promiscue his et illis deferentur, prout res et occasio feret.

6. Conceditur, ut ad rem literariam, gradus Academicos, testimonia et alia id generis facultas philo-

sophica habeat specialem secretarium, qui obeat uices Notarij, specialem item pedellum, et ut omnis dispositio circa testimonia danda promotis alijsque studiosis sit penes decanum aut Vicedecanum e societate, quam in rem habebit peculiare facultatis sigillum, nihilominus tamen tam testimonijs quam Coronae promouendorum praefigetur nomen decani quisquis ille sit: si quis uolet etiam Magn. d. Rectoris habere testimonium, is eidem obtentum facultatis testimonium prius exhibebit.

7. Depositor a facultate Artistica constitutus quo ad Officium et tempus deponendi eos, qui Rev. patrum lectiones frequentant, dependebit etiam a decano uel Vicedecano e societate, taxam depositionis quoad eosdem etiam constituet ex directione Rev. p. Rectoris; ac, ut depositionis ratio sit moderata et ordinata, idem decanus aut Vicedecanus sua praesentia prouidebit. A depositionis lege eximuntur Clerici et qui habitum gestant Ecclesiasticum, omnes tamen suo tempore in matriculam referentur, alioqui non gaudebunt priuilegijs Academiae.

§. 4. De professoribus Academicis e societate.

1. In Vniuersitate, iuxta suum Institutum ipsiusque formam ac modum, docebunt Rev. Patres societatis iesu literas humaniores omnes ac Rhetoricam, linguam latinam, Graecam, ac Haebraicam, vniuersam philosophiam, vniuersamque Theologiam, minime tamen exclusis a lectura Theologiae professoribus alijs, qui hactenus docent, quorum electio et constitutio vniuersitati ut hactenus ita etiam in posterum, iuxta decretum Caesareum, salua et integra manet. De quibus haec specialiter aduertenda; ut ijs suae relinquantur horae in Auditorio Theologico, quibus docebant ante Collegij translationem, vt interpres s. s. de societate

non doceat eadem hora, qua alter, nec eodem anno eundem s. s. librum interpretetur. Professor scripturae, quem constituit vniuersitas, manet, ut hactenus, in Consistorio senior facultatis.

2. Et quamuis Alma societas iesu ipsamet suos professores omnes eligat et constituat: qui tamen prima uice electi et ad profitendum in Vniuersitate constituti fuerint, mittentur cum scheda R. P. Rectoris ad Magn. d. tam Rectorem quam superintendentem, ut (si inscripti prius non fuerunt) inscribantur in librum Rectoris Academiae; deinde ab ijs futuri professores Academici uideantur et cognoscantur. Scribet autem Rev. P. Rector, ad quam quisquis professuram sit destinatus, sperare et etiam curaturum se, ut officio ac muneri suo satisfaciant. Hoc accepto Magn. d. Rector beneuole significabit hanc societatis electionem sibi esse pergratam; et cum professores ex suo Instituto teneantur esse seduli: nullam aliam ab ijs exiget promissionem aut iuramentum.

§. 5. Qui et qua ratione doctores ac magistri de societate Iesû in facultatem Theologicam et Artisticam sint admittendi.

1. In facultatem Theologicam modo infrascripto admittetur in primis R. P. Rector Collegij, duo professores Theologiae scholasticae, Interpres s. s., professor controuersiarum, et professores Theologiae moralis, qui quaestiones ad conscientiam spectantes exponunt; et si qui alij Theologiae doctores e societate admitti petent, penes facultatem erit eos admittere.

2. In Artistica facultate manent post Vnionem et Translationem Collegij, qui ante in illa erant: et locum, iuxta Vniuersitatis leges, sibi competentem in aedibus Academicis occupabunt. E societate autem in illam admittentur praeter decanum aut Vicedecanum et alios

magistros idoneos, qui petent etiam admitti, professor Metaphysicae, Ethicae, Physicae, Mathematicae, Logicae, Dialecticae, Rhetoricae, linguae Hebraicae, Graecae, artis Poëticae, qui omnes, quando suis defungentur officijs, manebunt facultatis membra, donec ad aliam transeant facultatem, et poterunt examinare, interesse Consilijs et locum occupabunt sibi iuxta leges Academiae debitum.

3. Rev. P. Rector et decanus seu Vicedecanus Artisticae sine repetitione admittentur, ille in Theologicam, hic in Artisticam facultatem. An, qui in aliqua Academia publice annum vnum eam sunt professi facultatem, in quam petunt hic admitti, admittendi sint sine repetitione, determinent facultates.

4. Professores noui e societate repetitionis loco disputationibus ordinarijs tam ad gradus, quam caeteris, praesidebunt, et eos exercebunt actus, qui pro more societatis munus eam facultatem docendi comitantur. Vbi duo aduertenda et obseruanda: Alterum, ut Thesibus repetitionis titulus praefigatur; alterum, ut facultatis membra alijque doctores atque in primis Mag. d. tam Rector quam superintendens tempestiue per aliquem inuitentur.

5. Admittentur autem in facultates hoc modo. Primo curabunt se inscribi apud Magn. d. Rectorem; deinde repraesentabunt se cum testimonio sui gradus decano facultatis, in quam sunt adsciscendi, et petent admitti. Decani uero statim et beneuole illos admittent.

6. Si in decanum aut Vicedecanum facultatis Artisticae constituatur a societate Doctor aliquis Theologiae, qui membrum sit facultatis Theologicae, is quidem transire poterit a facultate Theologica ad Artisticam; sed toto huius officij sui tempore ad Artisticam

duntaxat spectabit, ad Theologicam uero nequaquam, etiamsi actu Theologiam profiteatur.

7. Reliqui doctores ac Magistri huius et aliarum Academiarum, maxime in decreto Caesareo vnionis nominatarum, qui de societate non sunt, et in facultatem Artisticam petunt cooptari, more et modo hactenus consueto, nempe productis legitimae natiuitatis et promotionis literis, suo tempore cooptabuntur.

§. 6. De Examinibus et Examinatoribus et promotionibus ad gradus in philosophia.

1. Examina pro gradibus, et promotiones in philosophia fient ritu et more societatis. Baccalaureandos praeter decanum aut Vicedecanum, iuxta dicta §. 3, examinabunt duo e societate doctores aut Magistri, a Rev. patre Rectore electi; quibus facultas per electionem adiunget duos alios itidem facultatis Magistros, qui de societate non sint, cum stipendio moderato, quod, ex praescripto facultatis, facient Candidati nisi sint pauperes. De Examinatoribus pro gradu Magisterij conueniet societas, quoad suos, cum domino Cancellario Vniuersitatis.

2. Promotiones ad gradus philosophicos omnes, etiam Magisterij, fient in Aula: in qua etiam, si placuerit, eligetur Magn. d. Rector Vniuersitatis, et fient in illa, quae hactenus fieri consuerunt.

§. 7. De bibliothecis, Ratione Typographiae, Catalogo Vniuersali Academicarum praelectionum.

1. Bibliothecarum usus et custodia, facto prius inuentario, conceditur et committitur Collegio Societatis, ita tamen ut Magistris et doctoribus facultatum, si quid legere ueliut, fiat aditus, cisque Bibliothecarius a Rev. P. Rectore constitutus, accepta syngrapha, ad

dies aliquot, etiam unum alterumue librum det accomodato.

2. Ratio Typographiae suo in statu manet; decani (uel etiam Vicedecanus in facultate Artistica) approbant quae ad suam spectant facultatem, reliquis a professore approbatis subscribit Mag. d. Rector.

3. Ad renouationem studiorum conficiatur Catalogus librorum et authorum qui in Vniuersitate praelegentur, serueturque in eo consuetus ordo facultatum. Huius ordinandi et typi corrigendi curam habebit decanus uel Vicedecanus e soc. Artisticae facultatis. Antequam autem typo committatur, tam Vniuersitatis quam Collegij Rectori reuidendus exhibebitur.

§. 8. De Collegio, scholis, loco Consistorij.

1. Quamuis Collegium Archiducale, Bursae et omnia alia aedificia (praeter iuristarum et Medicorum Gymnasia) ad Vniuersitatem spectantia societati data et tradita, et eorum loco Collegium societatis, scholae et templum construantur; attamen extra Collegium societatis et scholas R. P. Rector locum deputabit pro Consistorio, Cancellaria et Archiuo Vniuersitatis: in quem locum societas speciale ius non praetendet, sed sit et dicatur absolute Vniuersitatis.

2. Quantum ratio loci feret, dabitur opera, ut fabrica scholarum ita accomodetur, ut adolescentes poëtis inferiores caeteris, quantum fieri poterit, minime promisceantur.

3. Quoniam Medici proprium Collegium non habent, sed hactenus docent in una parte Collegij Archiducalis: illis ea pars eodem iure ntenda, quo hactenus sunt ea usi, relinquatur, donec de alio commodo illis prouideatur loco.

4. Quoties a decano uel Vicedecano facultatis Artisticae de congreganda facultate praemonitus fuerit R. P. Rector, toties in eam rem locum decentem assignabit, finitis uero aedificijs certum aliquem et constantem.

§. 9. De seminarijs et seminaristis.

1. Quae aedificia fabricando Collegio societatis, scholis, templa necessaria non erunt, societas in seminaria conuertet, et ita, pro suo Instituto et zelo, accomodabit, ut quam plurimi studiosi in illis degere possint, in illis ipsos ita gubernabit ipsa, ac ad uirtutem et literas ita instituet, ut pij fundatoris sanctae suae intentioni copiose satisfactum esse experiantur et gaudeant.

2. Stipendiatis absque facultatum, quibus nauant operam, discrimine, qui iuxta formam et morem fundationum (: quae iuxta art. 7. decreti Caesarei pristino in statu manent :) societati proponentur ab ijs, quibus id incumbit, in aliquo seminario societas dabit habitationem et alimoniam, iuxta stipendij modum et rationem; et tamdiu in seminario retinebit, quamdiu se illius legibus et communi disciplinae accomodabunt. Si quos autem societas deprehendet intolerabiles ac dimittet, de ijs cum consensu Rev. p. Rectoris dimissis Praefectus seminarij eos, qui illos proposuerant, faciet certiores.

3. His, qui curam gerunt stipendiorum et fundationum, quarum redditus pendent ex cultura vinearum, assignabitur locus, in quo vuas exprimant et eo lecturam reponant.

4. Bursarum literae, quae fundationem et stipendia concernunt, asseruabuntur in Vniuersitatis Archiuo; quae domos ipsas societati traditas concernunt, Rev.

p. Rectori consignabuntur, aut eorum paria legitime authenticata.

§. 10. Ambae partes ita coniunctae interuentu illustrissimorum dominorum Commissariorum sac. Caesar. Mai. demisse rogant ut sequitur.

1. Inprimis ut clementissime dignetur iuxta haec suum Vnionis decretum moderari ac limitare: diploma siue pragmaticam sanctionem conficere, qua non solum haec omnia confirmentur, sed etiam priuilegia omnia Vniuersitatis; ijs duntaxat exceptis, quae hoc diplomate innouantur, immutantur, reuocantur, reformantur aut declarantur. Cuius diplomatis exemplar unum Magn. d. Rectori Vniuersitatis, alterum Rev. p. Rectori Collegij Caesarea manu et sigillo munitum consignetur, ut asseruentur in Archiuis Vniuersitatis et Collegij, idque excelso Regimini intimetur, ut omnia et singula curet inuiolabiliter obseruari.

2. Vt iuristarum et Medicorum stipendia hoc tempore augeri clementissime curet; et nunc faciat dispositionem de salarijs siue stipendijs, quaeArtistis, qui in Collegio Archiducali ante vnionem degebant, relicta sunt ad vitam.

3. Vt efficaciter mandet persolui Vniuersitati ea, quae illi debentur ex praefectura salis et teloneo jpsensi, et iam excrescunt ad uiginti sex millia florenorum; quo etiam ipsa aere alieno se possit expedire, maxime cum professores jam a 5 annis nihil de salario acceperint.

4. Postremo, ut clementissime etiam designet, unde annuatim certo et sine difficultatibus ac labore percipi possint quinquaginta floreni, quos facultas Artistica ex censu domus percipiebat et maiori ex parte ad Missas pro defunctis dicendas sunt a facultate deputati.

In maiorem horum omnium fidem ambae partes in principio nominatae (: quarum alteri accessit Rev. p.

Gregorius Rumer soc. Jesu per Austriam prouincialis, qui recognitioni horum articulorum interfuit :) subscripserunt tribus huius Transactionis exemplaribus, singulisque sigilla sua appresserunt, ut vnum Illustrissimis d. d. Commissarijs, vnum Magn. d. Rectori Vniuersitatis, vnum Rev. P. Rectori Collegij consignaretur, prout etiam consignata sunt.

Actum Viennae Austriae die 7. Augusti, hoc est, octaua solennitatis sancti Ignatij Fundatoris Societatis Jesu, anno 1623.

D. Guil. Rechperger, Rector M. — Christi. Schäffler, Superintendens Caesar. — Georgius Fried. Coler. — J. B. C. Praetorius. — Sigism. Geisler. — P. Hoffmann. — Joannes Argentus, Visitator. — Gregorius Rumer, Prouincialis. — Gulielmus Lamormaini, Rector.

(Orig. mit aufgedrückten Siegeln im Arch. der k. k. Studien-Hofcommiss.)

84.

1623, 9. August und 13. October.

Kaiserliche Decrete, womit das Uebereinkommen über die Incorporirung des Jesuiten-Collegiums mit der Universität a) approbirt und b) unter dem Titel „Sanctio pragmatica" kund gemacht wird.

Von der Röm. Kay. auch zu Hungern vnd Böhaim Königl. Mt. Erzherzogen zu Osterreich etc. Vnsers allergnedigisten Herrn wegen, Der N. O. Regierung Hiemit in Gnaden anzuzaigen: Auss beyliegenden Zwayen in originalj geferttigten Diplomatibus, Habe Sy mit mehreren Zuuernemen, Welchermassen sich Höchsternennt Ir Kay. Mt. auss sonderbarer gnedigister Fürsorg, vnd ganz Vätterlichen eyfer, dero am Hl Reich, vnd Löblichsten Hauss Oesterreich Höchstgeehrten Vorfahren rhuemblichen Exempl nach, Zu sonderer Ehr Gottes des Allmechtigen, erweitterung der Hl. Catholischen Religion, Nicht weniger Zu aufnehmung der Studien, auch Befürderung des ganzen gemainen Wesens Wolstandt, mit vorgehabten guten Zeittigen Rath, genugsamer betrachtung aller der Sachen Vmbständt,

auss aigner Bewegnuss Vnd von Kaiser. Vnd Landtsfr. Macht Volkhomenhait, allergnedigist vnd endlichen dahin resoluirt, dass das Collegium Societatis IESV alhie zu Wienn der Vniuersitet alda, auf ewige Zeit, stätt, Vest, Vnneränderlich, vnd Vnwiderrufflich zu halten vnirt vnd incorporirt sein vnd Verhleihen solle.

Weilen dann die Nottnrfft erfordert, dass solch vnir. vnd incorporirung sowol der Vuiuersitet, alss auch denen Herrn Patribus Societatis, ordenlich intimiret werde, Alss ist Irer Kay. Mt. gnedigister will vnnd beneleh, Sy die Regierung solle Morgigen Tags frue den Herrn Rectorem Vniuersitatis sambt denen Quatuor Facultatibus, vnd Iren Membris, Wie auch den Herrn Patrem Rec orem Collegij Societatis Jesu für sich eruordern, denselben Irer Mt. Resolution vnd Diploma offentlich Verleseu lasseu, Vnd darüber Jedem Thail ain Exemplar zu seiner nachrichtung anhendigen; Vor allem aber sowol die Vninersitet, alss auch die Herrn Patres Societatis beweglichst vnd ernstlich ermahnen, dass Sy zu ewigen Zeitteu alles vnd Jedes, wass in gemelten Diplomaten wegen mehrbesagter vnir: vnd Incorporirung statuirt, innouirt, immutirt, reformirt, auch declarirt vnd confirmirt worden, stätt, Vest, vnd vnuerbrüchlich halten, Sy Regierung auch für sich selbsten darüber Vestigclich Handthaben, vnd würcklich darob vnd daran sein sollen, damit von khainem Thail Ichtes darwider nicht gehandlet. Sondern alles vnd Jedes vigore Diplomatis Vnuerletzt gehalten vnd volzogen werde. Inmassen Ime dann Regiernng wol rechts Zuthun würdet wissen, Vnd beschiecht hieran Irer Kay. Mt. gnedigister Wille vnd Mainung.

Per Imperatorem
13. Octobris 1623.
Tobias Gertinger.
(Arch. der k. k. Studien-Hofcommiss.)

Ferdinandus Secundus etc. (: titulus longus :) Agnoscimus et notum facimus tenore praesentium vniuersis: Quod cum perpendimus, quanto pietatis et Religionis Catholicae zelo ac studio, quantoque totius Reipublicae christianae, praesertim Archiducatus nostrj Austriae, aliorumque Regnorum et Prouinciarum haereditariarum nostrarum bono, quondam Serenissimj Maiores et Progenitores nostrj, Duces Archiduces Austriae, Reges et Imperatores, felicissimae recordationis, Generale Studium nostrum Viennense adhuc circiter Annum

1366 fundarint, erexerint, singularibus Priuilegijs et dignitatibus donarint et exornarint, proque temporum diuersitate nouis subinde Legibus et consuetudinibus salutaribus restaurarint, reformarint, quodque ex eo tanquam Equo Troiano omnium Scientiarum genere doctissimi quique, et de Republica optime meriti virj tanto numero prodierint, ut non solum Archiducatus nostrj Austriae singulare ornamentum, sed totius Germaniae Archigymnasium semper reputatum et apud exteras quoque Nationes multis nominibus prae alijs celebre fuerit. Cum vero temporum morumque varietas aliaque oborta incommoda non nihil de pristino huius Archigymnasij nostri splendore detrahere uiderentur, Eapropter Imperator Ferdinandus Primus, Dominus Anus et Praedecessor noster colendissimus, augustissimae memoriae, motus fuit, ut Societatis Jesu Patres, Academiae opem ueluti subsidiariam laturos, A° 1551 Viennam accersierit, ipsisque (: quod uti supremus Princeps Priuilegia concessa in melius atque Reipublicae vtilius pro re nata reformando et potuit et debuit :) duas primarias Lectiones siue Professuras in Theologica Facultate in perpetuum magno (: quod euentus docuit :) Religionis et Studiorum Theologicorum incremento assignarit: Nos uero posteaquam animaduertimus in hisce partibus ab haereticis, falsis ipsorum opinionibus, Sacram Scripturam multis in Locis in reprobum sensum torquerj, atque ad explicandum uerum illius intellectum, tum etiam ad quaestiones, quae hocce tempore inter ipsos haereticos et ueram nostram Religionem Catholicam controuertuntur, pertractandas, simulque Casuum Conscientiae explanationem pro informandis Parochis, Professoribus Scripturae, Controuersiarum et Casuum, qui haec omnia tractarent, enodarent et illustrarent, opus esse; et prae-

terea nobis constaret, a compluribus iam annis, tum ob continuata bella, inter quorum strepitus Literae ut plurium silent, tum ob alia grauamina et defectus, Cursum Philosophiae et Humaniorum Literarum Professiones magnopere refrixisse; unde metuendum sane sit, ne Studio Philosophico, tanquam fonte et origine reliquarum scientiarum exhausto uel neglecto, insignis vetustissimae huius Vniuersitatis memoria consequenter obliteretur; Quod uti nostris nostrorumque Maiorum Fundationibus laudatissimis e diametro contrarium, Nobis quidem indecorum, vniuersae uero Prouinciae in maximum sit praeiudicium cessurum: Hinc est, quod ad honorem Dei, propagationem sacrosanctae Religionis catholicae, aedificationem Ecclesiae, Vniuersitatis maiorem splendorem, Studiosorum vtilitatem ac frequentiam, et boni publici promotionem praehabita matura deliberatione, et re tota sano nostrorum praecipui nominis Consiliariorum adhibito consilio exacte discussa, motu proprio, deque Caesareae et Archiducalis authoritatis et potestatis plenitudine, clementissime nos resoluimus, quod et in perpetuum obseruarj uolumus ac mandamus, ut Collegium Societatis IESV hic Viennae dictae Vniuersitati nostrae vniatur et incorporetur, prout singularj emanato nostro Decreto et Constitutione de dato 21. Mensis Octobris, Annj 1622 certis quibusdam rationibus et modis in haec quae sequuntur verba vniuimus et incorporauimus:

Primo: Vt Priuilegia Academiae sarta tecta maneant etc. (: *inseratur tenor Decretj Caesarej* :). Quia uero inter dictam Vniuersitatem et praefatos Societatis IESV Patres aliquae difficultates et controuersiae circa quaedam Puncta dicti Decreti obortae sunt, ad quas complanandas stabiliendamque praetacti Collegij Patrum Societatis cum Vniuersitate vnionem

per Nos nuper factam, praecipuorum nostrorum intimorum Consiliariorum et Commissariorum deputatorum prouidentia et consilio interposito, ambae Partes amice, beneuole, firmiter, constanter et vnanimj voluntatum consensione, ad approbationem ot confirmationem nostram die 7. Augusti huius currentis Annj 1623 transegerunt, constituerunt, definiuerunt, et declararunt, in hunc qui sequitur modum:

1. De Rectoratu etc. (Inseratur tenor Declarationis usque ad §. 10).

Nos igitur hanc ipsorum Transactionem omnesque supra insertas Constitutiones, Definitiones et Declarationes, nouamque nostram Vnionem et Reformationem, in omnibus suis Punctis, clausulis et Articulis, ijs duntaxat exceptis, quae in dicta Transactione et hoc Diplomate nostro innouantur, immutantur, reuocantur, reformantur aut declarantur, auctoritate nostra Caesarea et Archiducali ratificamus, approbamus et confirmamus, illasque omnino ratas, firmas ac validas perdurare, atque illaesas obseruari, et ad easdem omnes successores nostros Romanorum Imperatores, Reges et Archiduces Austriae futuros obligatos volumus, expresse illos adhortantes, ut hanc piam et paternam intentionem, vnionem et reformationem nostram firmiter et inuiolabiliter futuris perpetuis temporibus manuteneant atque defendant, ipsamque Vniuersitatem non minus quam supradictum Societatis IESV Collegium vnitum eiusdem vigore tueantur, neque quenquam cuiuscunque etiam status, ordinis uel conditionis is sit, eandem impune transgredj uel uiolare permittant.

Caetera denique, quae per hanc Resolutionem, vnionem et Reformationem immutata non sunt, tam

quoad Vniuersitatis nostrae, quam singularum Facultatum, Nationum, et Bursarum Statuta, maxime uero quoad Academiae nostrae Libertates, Jura, Priuilegia, antiqua et noua, a Diuis Ferdinando, Maximiliano, Rudolpho, Matthia Imperatoribus et Praedecessoribus nostris, ac Nobis, per Resolutiones, Declarationes et Sententias, 15. Septembris A° 1561, 10. Januarij A° 1570, 24. Decembris A° 1584 et 21. Februarij A° 1585, et alias data et concessa; item honestas consuetudines illaesas conseruandas, innouandas et confirmandas, praesentis nostrae Constitutionis Eulogio denuo clementer innouamus, confirmamus, et omne suum robur omnino obtinere uolumus et declaramus. Quapropter uobis omnibus et singulis, Rectorj, Superintendenti nostro, Decanis, Doctoribus, Licentiatis, Magistris, Baccalaureis, et toti denique studiosae Juuentuti huius nostrae Academiae Viennensis, praesentibus et futuris, serio et firmiter praecipimus et mandamus, ut praememoratam Transactionem, omnesque alias ordinationes, Leges, Statuta, et Constitutiones, per Nos, uti praefertur, innouatas, declaratas, reformatas ac confirmatas, sancte et inuiolabiliter obseruetis, ac custodiatis, illisque sub poena grauissimae indignationis nostrae, quam quilibet contrafaciens nouerit se incursurum, nullatenus contrauenire, aut contrafacere audeatis, uel praesumatis, quin potius quisque, quae sui officij, partium, Status, et conditionis, exequi et praestare studeat. Porro ne vobis Studiosisque vestris fauorem et benignitatem nostram vllibi deesse cognoscatis, sed ut quisque vestrum pro sua conditione studijs eo libentiori animo absque vllo impedimento incumbere, et praememoratis Statutis et Priuilegijs pacifice uti queat: Mandamus etiam et praecipimus serio et stricte Locumtenenti, Cancellario, Regentibus

et Consiliarijs Regiminis et Fiscj nostrj Inferiorum nostrarum Prouinciarum Austriacarum, nec non Burgimagistro, Iudicj, et Consulibus Ciuitatis nostrae Viennensis, ac caeteris quibuslibet Capitaneis, Vicedominis, Praefectis, Officialibus, Ciuibus, Subditis, atque fidelibus nostris, cuiuscunque dignitatis, gradus, ordinis, conditionis et praeeminentiae fuerint, ut vos tam in Priuilegijs, gratijs, jmmunitatibus, concessionibus et donationibus, quam in his Statutis, Legibus, et ordinationibus denuo ut praemissum est, per Nos innouatis, reformatis et confirmatis nullo modo turbent et molestent, sed potius protegant, defendant et manuteneant, ijsque vos quicte fruj et gaudere sinant, quatenus sibi a grauissima indignatione nostra et alijs paenis violatoribus huius firmissimi Edictj nostri pro arbitrio nostro irrogandis cauere uoluerint. Harum testimonio Literarum, quarum vnum Exemplar Vniuersitati, alterum uero P. Rectori Collegij Societatis IESV, manu nostra propria subscriptum, ac Sigilli nostri Caesarej appensione munitum assignarj fecimus. Datum in Ciuitate nostra Vienna, die Nona Mensis Augusti. Anno salutis restauratae supra Millesimum Sexcentesimum viges. tertio. Regnorum nostrorum Romani quarto, Hungarici sexto, Bohemici vero septimo.

Ferdinandus.
Joh. Bapt. Verda lib. Baro
de Verdenberg.

Ad mandatum Sac. Caes.
Maiestatis proprium
Tobias Gertinger.

(Orig. Pergam., in Buchform geheftet, Univ. Arch. Lad. XXXIX. 3. — Mit anhäng. grossem Siegel. — Unten am Rande: Constitutio, Definitio, Declaratio nouaque Vniv. Reformatio et Transactio inter Patres Soc. Jesu et Vniuersitatem Viennensem).

85.

1625, 22. September, Rom.

Papst Urban VIII. setzt über Ansuchen des Cardinals Melchior Khlesl fest:

a) dass der Canzler der Universität das Recht habe, einen Vicecanzler zu wählen;
b) dass jeder, der einen akad. Grad in was immer für einer Facultät nachsucht, vor dem Canzler oder Vicecanzler das Glaubensbekenntniss abzulegen habe;
c) dass die Prüfungen und die übrigen auf einen akad. Grad in was immer für einer Facultät sich beziehenden Acte in der Wohnung des Canzlers, die Licenz-Ertheilungen aber durch den letztern in der Stefans-Kirche vorzunehmen; und
d) dass die Theses der Graduanden im Namen des Canzlers in Druck zu legen seien.

Bei Strafe der Excommunication.

(Abschrift in der Univ. Reg. — Gedruckt im Consp. hist. Univ. Vienn. III, 167).

86.

1629, 13. April.

Kaiser Ferdinand II. verordnet, dass die Amtsdauer des Rectors der Universität sich auf ein volles Jahr zu erstrecken habe.

Von der Röm. Kay. auch Zue Hungarn vnd Beheimb König. Mt. Erzhertzogen Zue Oesterreich vnsers allergnedigsten herrn wegen etc. Herrn Rectori, Superintendenten vnd Consistorio alhieiger Vniuersitet hiemit in gnaden anzuzaigen.

Ob wol bisshero bei ermelter Vniuersitet ein vblich alt obseruierter gebrauch gewesen, dass die Rectores Academiae nach Vberflüssung eines halben Jahres Ihr

